BS
651
H47

Hellemann



The University of Chicago
Libraries




GIFT OF

Alfredo Hellemann.

# Chronologia probabiliter vera historiae

## Judaicae et Israëliticae gentis

# ab Abrahamo ad Christum

computata

ab

Alfredo Hellemann,
cand. polyt., antea ingenior.
Prinsessegade 47 A, Hafniae.



HAFNIAE
OFFICINA »ATHENE« SVANEMOSEGAARDSVEJ 4
1925.

# Chronologia probabiliter vera historiae

## Judaicae et Israëliticae gentis

# ab Abrahamo ad Christum

computata

ab

Alfredo Hellemann,
cand. polyt., antea ingenior.
Prinsessegade 47 A, Hafniae.



HAFNIAE
OFFICINA »ATHENE« SVANEMOSEGAARDSVEJ 4
1925.

BS637
.H47

# PRÆFATIO.

Intermisso spatio proximorum centum annorum eruditi et Americani et Europaei in antiquis regnis quae literas et artes exprompserunt, videlicet in Assyria, Babylonia et Aegypto, ut in Syria et Palaestina cum terris vicinis effossiones fecerunt et per has numerum magnum explanationum historiae antiquitatis collegerunt.

Quia rationes chronologicae in antiquis regnis supra commemoratis non modo in spatio primo sed etiam in spatio secundo mille annorum ante nativitatem Christi jam satis bene notae sunt, prope esse posset memorias Scripturae Sacrae et de auctoribus gentis Judaicae et de historia hujus gentis in sequenti tempore explorationi novae subjicere praecipue ut videri possit, qui eventus in antiquitate mundi antiqui magis vel minus eodem tempore facti sunt quo personae in Scriptura Sacra commemoratae vixerunt.

Quamquam non ansam habui cognoscendi nisi partem minorem fere nonaginta scriptorum quae mentionem faciunt explanationum supra commemoratarum quae effigies et inscriptiones in terris supra nominatis inventas complectuntur, tamen complures eventuum in Sacra Scriptura commemoratorum cum numeris annorum qui ad eosdem pertinent, et intra et extra Palaestinam per quasdam effigies et inscriptiones supra nominatas confirmatos habui.

Quam ob rem existimavi excitare posse studium non modo eruditorum sed etiam laicorum ad videndum quomodo tentavi demonstrare numeros annorum in Scriptura Sacra delatos in spatio temporis ab Abrahamo ad Christum cum veritate congruere existimandos esse.

Existimo jure dicere posse εὕρηκα.

Fundamentum conscriptionis hujus operis traductio Latina Scripturae Sacrae Hebraice editae fuit.

Spatium temporis e peregrinatione Abrahami in Aegypto ad emigrationem liberorum Israëlis ex Aegypto complet ut diu notum fuit omnino 430 annos. (Vide: auctor 37 »Arcana Coelestia« 7985!)

Ex emigratione ad initium aedificationis templi regis Schelomonis fuerunt secundum delationem in Scriptura Sacra paulo ultra 479 annos. Ex eo tempore ad exitium regni Israëlis spatium intermissum 248 annorum fuit et ad exitium regni Jehudae spatium intermissum 383 annorum fuit quod e historia Assyriae et Babyloniae constat.

Exsilium septuaginta annorum in Babylone a 586 ad 516 ante nativitatem Christi (secundum chronologiam praesentem) computandum est.

In anno 586 a. n. Chr. enim templum a rege Schelomone aedificatum combustum est, et in anno 516 a. n. Chr., templum novum initiatum est.

Ab eo tempore ad annum probabiliter verum nativitatis Christi fuerunt paulo ultra 510 annos.

Quod attinet ad designationem annorum singulorum in tabulis regum regnorum Jehudae et Israëlis praecipue communicationibus annixus sum, quas professor Vald. Schmidt in opere suo in 1872 et 1879 edito »Historia antiqua Assyriae et Aegypti« dedit.

Hoc opus in anno 1924 in lingua Danica edidi.

Prof. Vald. Schmidt 21. Julii 1924 in »Berlingske Tidende« (acta diurna Danica) librum meum recensuit. Inter alia scripsit: »Eventus circiter e tempore Davidis satis accurati esse dici possunt. — Veritatem designationis temporum eventuum ante dies Davidis ab auctore datae — non concedere possumus, autem designationem aliorum temporum ut probabiliorem nec commendare possumus. Adjumenta quaestionis solvendae non exstant.«

6. mensis Aprilis 1925.

*A. Hellemann,*
cand. polyt,, antea ingenior.
Prinsessegade 47 A, Hafniae.

anno
ante n. Chr.

Et vixit Therach septuaginta annis; et genuit Abramum, Nachorem et Haranem, Genesis 11:26. 1953.

Et accepit Therach Abramum, filium suum, et Lothum, filium Haranis, et Sarai, nurum suam, uxorem Abrami, et exiverunt cum illis ex Ur Chaldaeorum, ad eundem in terram Canaan; et venerunt usque ad Charan, et manserunt ibi, Genesis 11:31.

Et fuerunt dies Therachi quinque anni et ducenti anni, et mortuus est Therach in Charan, Genesis 11:32. 1818.

Et ivit Abram, quemadmodum loquutus ad illum Jehovah (Vide: Genesis 12:1—3!), et ivit cum illo Loth; et Abram filius quinque annorum et septuaginta annorum, cum exivit e Charane, Genesis 12:4. 1878.

Et accepit Abram Sarai, uxorem suam, et Lothum, filium fratris sui, et omnem acquisitionem illorum, quam acquisiverunt, et animam, quam fecerant in Charan, et exiverunt ad eundem in terram Canaan; et venerunt in terram Canaan, Genesis 12:5.

Et fuit fames in terra, et descendit Abram in Aegyptum ad peregrinandum ibi; quia gravis fames in terra, Genesis 12:10.

Abram venit in Aegyptum die Mercurii, die decimo sexto mensis Aprilis (Genesis 12:14) = 16. mensis Aprilis (Vide: corollarium hujus operis!) 1878.

anno ante n. Chr.

Rex Aegyptiorum eo tempore (Vide: auctor 4!) fuit Sesostris tertius, qui regnavit 1887—1849

Manetho (Vide: auctor 21!) eum Lachares vocat. In Abydos-tabula Shakaura vocatur. (Vide: auctor 28!). Auctor 4 eum Khekure vocat.

In anno 1899 post nativitatem Christi prope Illahum (Kahun) in templo repertum est fragmen diarii, quod in anno septimo regni Sesostris tertii scriptum est. In eo inter alia dicitur: »Princeps templi... ad lectorem sacerdotalem primum ... scito Sirium die decimo sexto mensis hiemalis quarti (i. e. Pharmuthi) oriturum esse,« (Vide: auctor 10!).

16. Pharmuthi 1881 = 20. Julii 1880.

Et ascendit Abram ex Aegypto, ipse et uxor illius, et omne quod illi, et Loth cum illo, versus meridiem, Genesis 13:1. 1878.

Abram percussit Kedorlaomerum, regem Elami, et tres reges alios, qui fecerant bellum cum quinque regibus, et Lothum abduxerant. Hunc reduxit et etiam mulieres et populum, Genesis 14:1—16. circiter 1869.

Et accepit Sarai uxor Abrami Hagarem, Aegyptiam ancillam suam, a fine decem annorum ab habitando Abram in terra Canaan, et dedit eam Abramo viro suo illi in mulierem, Genesis 16:3. 1868.

Et peperit Hagar Abramo filium, et vocavit Abram nomen filii sui, quem peperit Hagar, Jischmaël. Et Abram filius octoginta annorum et sex annorum, in pariendo Hagar Jischmaëlem, Genesis 16: 15—16. 1867.

auno ante n. Chr.

Et fuit Abram filius nonaginta annorum et novem annorum, et apparuit Jehovah ad Abram, et dixit ad illum . . . .

Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te, Genesis 17:1 . . . . 5. 1854.

Et apparuit illi Jehovah in quercetis Mamre.

Et ivit Jehovah, quando absolvit loqui ad Abrahamum; et Abraham reversus ad locum suum, Genesis 18:1 . . . . 33. 1854.

Et Jehovah pluere fecit super Sodomam et super Amoram sulphur et ignem a cum Jehovah e coelo. Et evertit urbes illas, et omnem planitiem, et omnes habitatores urbium, et germen humi, Genesis 19:24—25. 1854.

Abraham et Sarah habitabant apud Abimelechum in Gerar (in Philisthaea), Genesis 20:1—18. 1854.

Et concepit et peperit Sarah Abrahamo filium senectuti illius, ad tempus statum, ut loquutus fuit cum illo Deus.

Et Abraham filius centum annorum, cum nasceretur illi Jischak, filius ejus, Genesis 21:2, 5. 1853.

Et crevit natus, et ablactatus, et fecit Abraham convivium magnum in die, cum ablactavit Jischakum . . . . . Et mane surrexit Abraham in matutino, et accepit panem et lagenam aquae, et dedit ad Hagar, posuit super humero ejus, et puerum, et emisit illam, et ivit et erravit in deserto Beerscheba, Genesis 21:8 . . . 14. 1852.

Et fuerunt vitae Sarae, centum anni et viginti anni et septem anni, anni vitarum
Sarae. 1816.

Et mortua est Sarah in Kiriath Arba, haec Chebron in terra Canaan. . . . . . . . .

Et. . .sepelivit Abraham Saram uxorem suam, ad speluncam agri Machpelah super faciebus Mamre, haec Chebron in terra Canaan.

Et constitit ager, et spelunca quae in illo, Abrahamo, ad possessionem sepulchri
ex filiis Cheth, Genesis 23:1, 2. . .19, 20. 1816.

Et oravit Jischak ad Jehovam propter mulierem suam, quia sterilis ea, et exoratus illi Jehovah, et concepit Rebecca, mulier ejus.

Et impleti sunt dies ejus ad pariendum, et ecce gemini in utero ejus. Et exivit primus rufus totus is, sicut tunica pilosa, et vocabant nomen ejus Esau. Et post ita, exivit frater ejus, et manus ejus prehendens in calcaneum Esavi, et vocabat nomen ejus Jacob; et Jischak filius sexaginta annorum in pariendo illos, Genesis
25:21, 24—26. 1793.

Et hi dies annorum vitarum Abrahami, quos vixit, centum anni, et septuaginta anni et quinque anni . . . . Et sepeliverunt eum Jischak et Jischmaël, filii ejus, ad speluncam Machpelae (Vide: Genesis 23:19!);
Genesis 25:7. . .9. 1778.

Et fuit Esau filius quadraginta annorum, et accepit mulierem Jehudith, filiam Beeri Chittaei, et Basemath filiam Eloni
Chittaei, Genesis 26:34. 1753.

anno ante n. Chr.

Et hi anni vitarum Jischmaëlis, centum anni et triginta anni et septem anni, et expiravit et mortuus est, et collatus ad populos suos, Genesis 25:17. 1730.

Et misit Jischak Jacobum, et ivit Paddanem Aram, ad Labanem, filium Bethuelis Aramaei, fratrem Rebeccae, matris Jacobi et Esavi, Genesis 28:5. (Annus 1717 1717. invenitur per retronumerationem ab anno 1663.)

Et ivit Esau ad Jischmaël (id est: ad familiam ejus relictam; Jischmaël mortuus est 1730.) et accepit Machalath filiam Jischmaëlis, filii Abrahami, sororem Nebajoth (filii primogeniti Jischmaëlis (Vide: Genesis 25:13!)), super foeminas suas sibi ad mulierem, Genesis 28:9. 1717.

Et servivit Jacob pro Rachele septem annis, et fuerunt in oculis ejus sicut dies aliqui in amando illo eam ..............

Et dixit Laban, non fit ita in loco nostro, dare minorem natu ante primogenitam, Genesis 29:20...26. 1710.

Imple septimanam hanc, et dabimus tibi etiam illam, in servitium, quod servias cum me adhuc septem annis aliis. Et fecit Jacob ita, et implevit septimanam hanc, et dedit ei Rachelem filiam suam ei in mulierem, Genesis 29: 27—28. 1710.

Et factum, cum peperisset Rachel Josephum et dixit Jacob ad Laban, mitte me, et eam ad locum meum, et ad terram meam........................... 1703.

Et dixit ad eum Laban...designa mercedem tuam super me, et dabo illam

....et dixit Jacob....Transibo per omnem gregem tuum hodie, removendo abinde omne pecus punctatum et maculosum, et omne pecus nigrum in agnis, et maculosum et punctatum in capris, et erit merces mea.... Et dixit Laban, ecce utique sit secundum verbum tuum, Genesis 30:25
...27...28...31...32...34. 1703.

Et dixit Jehovah ad Jacobum, revertere ad terram patrum tuorum, et ad nativitatem tuam, et ero cum te.... Et fugit is, et omne quod ei, et surrexit, et transivit fluvium, et posuit facies suas montem Gilead.... Et assecutus Laban Jacobum, et Jacob fixit tentorium suum in monte, et Laban fixit cum fratribus suis in monte Gilead.... Jacob dixit Labani.... His mihi viginti annis in domo tua servivi tibi, quatuordecim annis in duabus filiabus tuis, et sex annis in grege tuo, et mutavisti mercedem meam decem modis,
Genesis 31:3...21...25...36...41. 1697.

Laban dixit ad Jacobum... Et nunc ito, pangamus foedus ego et tu, et sit in testem inter me et inter te. Et accepit Jacob lapidem, et erexit illum in statuam .... Et vocavit illum Laban Jegar Sahadutha; et Jacobus vocavit illum Galeed,
Genesis 31:43....44, 45....47. 1697.

Et remansit Jacob solus is, et luctatus vir cum eo, usque ascendere auroram.... Et dixit, non Jacob dicetur amplius nomen tuum, quin Israël, quia ut princeps contendisti cum Deo, et cum hominibus et praevaluisti.........................

anno
ante n. Chr.

Et vocavit Jacob nomen loci Penuel, quia (dixit) vidi Deum facies ad facies, et liberata anima mea, Genesis 32:24...28 ...30.

Et sustulit Jacob oculos suos, et vidit, et ecce Esau venit, et cum eo quadringenti viri............................

Et cucurrit Esau obviam ei, et amplexus eum, et cecidit super collum ejus, et osculatus eum, et fleverunt...........

Et reversus in die illo Esau ad viam suam ad Seir, Genesis 33:1...4...16.

Et venit Jacob Schalem, urbem Schechemi, quae in terra Canaan in veniendo eo e Paddan Aram, et castrametatus ad facies urbis. Et emit portionem agri, ubi tetendit tentorium suum, e manu filiorum Chamoris, patris Schechemi, centum Kesithis. Et statuit ibi altare, et vocavit id El Elohe Israël, Genesis 33:18—20 circiter 1690.

Et venit Jacob ad Lus, quae in terra Canaan, haec Bethel, ille et omnis populus qui cum illo. Et aedificavit ibi altare, et vocavit locum El-Bethel, quia ibi revelati ad illum Dii, in fugiendo illo a coram fratre suo.........................

Et profecti a Bethel, et fuit adhuc tractus terrae ad veniendum Ephratam, et peperit Rachel et dura passa, in pariendo illam............................

Et factum, in exire animam illius quod moritura, et vocavit nomen illius Benoni; et pater illius vocavit ilium Benjamin. Et moriebatur Rachel, et sepeliebatur in via Ephrath, haec Bethlechem. Et statuit Ja-

anno ante n. Chr.

cob statuam super sepulchrum illius, haec statua sepulchri Rachelis, usque ad hodie. ante 1686

Et profectus Israël, et tetendit tentorium suum ab ultra turrim Eder, Genesis 35:6, 7....16...18—21.

Et venit Jacob ad Iischakum patrem suum, Mamre Kiriath Arba, haec Chebron, ubi peregrinatus Abraham et Iischak. Et fuerunt dies Iischaki, centum anni et octoginta anni.

Et exspiravit Iischak, et mortuus est, et collectus ad populos suos, senex et satur dierum; et sepeliverunt illum Esau et Jacob, filii illius, Genesis 35:27—29. 1673.

Et habitavit Jacob in terra peregrinationum patris sui in terra Canaan....Joseph filius septendecim annorum fuit 1686.
pascens cum fratribus suis gregem....Et somniavit Joseph somnium....Et somniavit adhuc somnium alterum....Et narravit ad patrem suum...et (hic) dixit ei, quid somnium hoc quod somniasti, an veniendo veniemus ego et mater tua *, et fratres tui, ad incurvandum nos tibi terram, Genesis 37:1...2...5...9...10.

Et dixit Israël ad Josephum, nonne fratres tui pascentes in Schechem, vade et mittam te ad illos, et Josephus venit Schechemum.

Et inde Dothanem....et fratres Josephi vendiderunt Josephum Iischmaëlitis et hi adducerunt Josephum Aegyptum .... Et

* Vide: Auctor 37, »Arcana Coelestia« 4696, ubi Lea mater Josephi vocatur!

anno ante n. Chr.

Midianitae vendiderunt eum Potiphari cubiculario Pharaonis, principi satellitum, Genesis 37: 13...14...17...28...36. circiter 1680.

Pharao, nomen commune regum Aegyptiorum,* derivatum est e voce Aegyptia »Per—o«, quae »domum magnum« significat.

Circiter quadringentos annos, antequam Ramses secundus (1292—1225) regnavit, in Aegyptum Hyksos immigraverunt. (Vide: Auctor 4!)

Probabile est, quod Salatis (Saites), qui primus Hyksos-rex fuit, regnum suum incepit circiter 1681.

In Abydos-tabula Nufre-kara vocatur. In camera templi magni in El-Karnak prope Thebas Thotmes tertius (1501—1447) nomina regum Aegyptiorum excidere fecerat. Etiam inter haec Horus-nomen * Salatis Nufre-ka-ra est.

In »Turin-Papyrus« (qui Canon chronologicus vocatur) Nufre-ka vocatur. (Vide: auct. 4 et 28!)

Propter incusationes falsas ab uxore Potiphari contra Josephum prolatas hic in carcerem datus est. (Vide: Genesis caput 39!) 1675.

Et fuit Jehovah cum Josepho, et inclinavit ad eum misericordiam, et dedit gratiam ejus in oculis principis domus carceris. Et dedit princeps domus carceris

* Ut successores dei Hori (conditor mythicus regni Aegyptii) reges Aegypti nomen, quod Horus-nomen vocatur, assumpserunt.

in manum Josephi omnes vinctos, qui in domo carceris, et omne quod facientes ibi, is fuit faciens, Genesis 39:21—22.

Et fuit post verba haec peccaverunt pincerna regis Aegypti et pistor domino suo regi Aegypti. Et succensuit Pharao ....Et dedit illos in custodiam domus principis satellitum ad domum carceris, locum, ubi Joseph vinctus.... Joseph interpretavit somnia eorum....

Verum tamen (Joseph dixit pincernae) memento mei apud te, quando bene tibi erit.... Nam furtim furto abductus sum e terra Hebraeorum* (i. e. Canaan).....

Post tres dies interpretatio Josephi vera apparuit Sed non meminit princeps pincernarum Josephi, quo minus oblivisceretur ejus, Genesis 40:1, 2...3...12...13...14 ...15...16-19, 20...21...22...23.

Et factum a fine biennii dierum et Pharao somnians...et somniavit secundo ...et misit et vocavit omnes magos Aegypti ...et nemo interpretans illa (somnia) Pharaoni. Et loquutus princeps pincernarum cum Pharaone, dicendo....Pharao succensuit super servos suos, et dedit me in custodiam domo principis satellitum, me et principem pistorum. Et somniavimus somnium in una nocte.... Et ibi cum nobis puer Hebraeus servus principi satel-

* Posteri Eberi (Vide; Genesis 11:16, 17!) Hebraei vocati sunt. Quare posteri Jacobi non unica gens Hebraea fuerunt. Cultus dei Hebraeorum in sacrificiis consistebat. Propter hunc cultum Aegyptii Hebraeos abominati sunt.

anno
ante n. Chr.

litum. . . . et interpretatus nobis somnia nostra. . . . Et factum, quemadmodum interpretatus nobis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Et misit Pharao, et vocavit Josephum . . . . et venit ad Pharaonem . . . . Et dixit Joseph ad Pharaonem: somnium Pharaonis unum illud, quod Deus faciens indicavit Pharaoni . . . . Ecce septem anni veniunt, abundantia annonae magna in omni terra Aegypti. Et surgent septem anni famis post eos. . . . et consumet fames terram . . . . Et nunc videat Pharao virum intelligentem et sapientem, et constituat illum super terram Aegypti . . . . Et dixit Pharao ad Josephum, postquam cognoscere fecit Deus tibimet omne hoc, nemo intelligens et sapiens sicut tu . . . . . . . . . . . . . . . .

Et dixit Pharao ad Josephum, vide, dedi te super omnem terram Aegypti. Et removit Pharao annulum suum a super manu sua, et dedit illum super manum Josephi, et vestivit eum vestibus byssi, et posuit torquem auri super collum ejus. Et vehi fecit eum in curru secundario qui sibi, et clamaverunt ante eum Abrech (in lingva originali: flecte genua, vide: auctor 37, »Arcana Coelestia« 5323!), et dando eum super omnem terram Aegypti. Et dixit Pharao ad Josephum, ego Pharao, praeter te non extollet vir manum suam et pedem suum, in omni terra Aegypti. Et vocavit Pharao nomen Josephi Zaphenath Paëneach (in lingva originali: revelatorem occultorum et aperitorem futurorum, vide: auctor 37, »Arcana Coelestia«

anno ante n. Chr.

5331!), et dedit ei Asenath filiam Potiphaerae sacerdotis On (i. e. Heliopolis) in mulierem: et exivit Joseph super terram Aegypti.

Et Joseph filius triginta annorum in stando eo coram Pharaone rege Aegypti, et exivit Joseph a coram Pharaone, et transivit in omnem terram Aegypti . . . . . . . 1673.
(Genesis 41:1. . .5. . .8, 9. . .10, 11. . .12. . . 13. . .14. . .25. . .29, 30. . .33. . .39. . .41, 42, 43, 44, 45, 46.)

Et congregavit omnem cibum septem annorum, qui fuerunt in terra Aegypti, et dedit cibum in urbibus, cibum agri urbis, quae circum circa illam, dedit in medio illius. . . .

Et Josepho natum, duo filii, antequam venit annus famis, quos peperit ei Asenath filia Potiphaerae sacerdotis On. Et vocavit Joseph nomen primogeniti Menascheh . . . . Et nomen secundi vocavit Ephraim . . .

Et inciperunt septem anni famis venire, quemadmodum dixit Joseph, et fuit fames in omnibus terris, et in omni terra Aegypti fuit panis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 1666.

Et omnis terra venerunt Aegyptum ad emendum, ad Josephum, quia invaluit fames in omni terra, Genesis 41:48. . .50, 51 . . .52. . .54. . .57.

Et descenderunt fratres Josephi decem ad emendum frumentum ex Aegypto. Et Benjaminem fratrem Josephi non misit Jacob cum fratribus ejus, quia dixit, forte obveniat illi damnum . . . . . . . . . . . . . . . .

Et dixit ad illos Joseph in die tertio,

ıoc facite, et vivetis, Deum ego timeo. Si
ecti vos, frater vester unus vinciatur in
lomo custodiae vestrae, et vos ite, addu-
cite annonam famis domorum vestrarum.
Et fratrem vestrum minimum adducatis
ad me, et verificabuntur verba vestra, et
non moriamini; et fecerunt ita, Genesis
42: 3, 4...18, 19, 20. 1665.

Et acceperunt viri munus hoc et dup-
um argenti acceperunt in manu sua, et
Benjaminem, et surrexerunt, et descende-
runt Aegyptum, et steterunt coram Josepho.
Et vidit Joseph cum illis Benjaminem, et
dixit ei qui super domo sua, adduc viros
domum, et mactando macta, et praepara,
quia mecum comedent viri in meridie....

Et venit Joseph domum et adduxerunt
ei munus, quod in manu illorum, domum,
et incurvabant se ei ad terram. Et inter-
rogavit illos ad pacem; et dixit, an pax
patri vestro seni, quem dixistis, an adhuc
is vivit. Et dixerunt, pax servo tuo patri
nostro, adhuc ille vivit, et deflexerunt se,
et incurvarunt se. Et sustulit oculos suos,
et vidit Benjaminum fratrem suum, filium
matris suae... et Joseph quaerebat flere
et venit cubiculum, et flevit ibi. Et lavit
facies suas et exivit et continuit se, et
dixit, ponite panem. Et posuerunt illi soli,
et illis solis, et Aegyptis comedentibus cum
eo solis, quia non possunt Aegyptii come-
dere cum Hebraeis panem, quia abomina-
tio id Aegyptiis, Genesis 43: 14, 15..25,
26, 27, 28 ..29...30; 31... 1664.

Et praecepit illi qui super domo sua,

dicendo... et scyphum meum, scyphum argenti* ponas in ore manticae minimi, et argentum frumenti ejus, et fecit secundum verbum Josephi quod loquutus. Mane illuxit, et viri dimissi sunt, illi et asini illorum. Illi exiverunt urbe, non elongati, et Joseph dixit illi qui super domo sua, surge, persequere post viros, et assequutus illos, et dicas ad illos, quapropter retribuitis malum pro bono. Nonne id, in quo bibit dominus meus, et is divinando divinat in hoc, male fecistis quod fecistis. Et assecutus illos et loquutus ad illos verba illa. Et dixerunt ad illum... Cum quo invenitur e servis tuis, et moriatur, et etiam nos erimus domino meo in servos. Et dixit, etiam nunc secundum verba vestra, ita id, cum quo invenitur, erit mihi servus, et vos eritis insontes...

Et scrutatus est, in maximo incepit, et in minimo absolvit, et inventus scyphus in mantica Benjaminis. Et disruperunt vestes suas, et oneravit quisque super asinum suum, et reversi sunt urbem. Et intravit Jehudah et fratres ejus domum Josephi, et is adhuc is ibi, et ceciderunt coram illo terram.

Et dixit ad illos Joseph, quod factum hoc quod fecistis, nonne scivistis quod divinando divinat vir qui sicut ego.... Et dixit, absit mihi a faciendo hoc, vir in cujus inventus scyphus manu, ille erit mi-

---

* Scyphus similis invenitur in »The British Museum in London«. (Vide: auctor 36, b. Pag. 191!).

hi servus, et vos ascendite in pace ad patrem vestrum.

Et accessit ad eum Jehudah, et dixit.. Et nunc maneat, quaeso servus tuus loco pueri servus domino meo, et puer ascendat cum fratribus suis. Quia quomodo ascendam ad patrem meum, et puer non ille cum me, forte videro malum, quod inveniet patrem meum, Genesis 44:1...2, 3, 4, 5, 6, 7...9, 10...12, 13, 14, 15...17, 18...33, 34.

Et non potuit Joseph continere se ad omnes stantes apud illum, et clamavit, exire facite omnem virum ab apud me, et non stetit quisquam cum illo in notum faciendo se Joseph ad fratres suos... Et dixit Joseph ad fratres suos, accedite quaeso ad me et accesserunt, et dixit, ego Joseph frater vester, quem vendidistis me Aegyptum... ad vivificationem misit me Deus ante vos. Quia hoc, anni duo famis in medio terrae, et adhuc quinque anni, quibus nulla aratio et messis...

Et nunc, non vos misistis me huc, sed Deus, et posuit me ad patrem Pharaoni, et ad dominum omni domui suae (Vide: Genesis 41:40!) et domino in omni terra Aegypti, Genesis 45:1...4..5, 6...8.

Ex verbis »ad patrem« licet concludere quod rex Aegyptiorum juvenilis fuit, sicut Salatis (Saites) fuit. Manetho (auctor 21) narrat, hunc regem decem et novos annos regnavisse, et secundum Herodotum (auct. 12) Salatis (Saites) filium trium annorum, Beon (Bnon) vocatum reliquit, quum a

anno
ante n. Chr

fratre suo, Typhone, interfectus est. Post Salatem Beon rex factus est. Horus — nomen hujus regis (qui regnavit usque ad 1607) 1607
in »Turin-papyrus« et in camera templi magni in El-Karnak »Ra-Snufre« fuit, et »Pi-ankhi« etiam nomen ejus in hac camera vocatur (Vide: auct. 28!).

In tabula in »The British Museum« in London commemoratur »Snufre«, filius feminae mortuae, Setafu; etiam »Ankhi« vocatur (Vide: Plate XIX of Sharpe's Inscriptions!). Poole (auct. 28) dicit: »Hic igitur homo commemoratur, cui nomen et Horusnomen regis fuerunt, sed haec nomina in anulis regalibus non inclusa fuerunt«. Nonne hic homo Joseph fuit, qui secundum Herodotum curator Beonis annis viginti et septem fuit?

Festinate et ascendite ad patrem meum, et dicatis ad illum; ita dixit filius tuus Joseph, posuit me Deus ad dominandum omni Aegypto, descende ad me, ne subsistas. Et habitabis in terra Goschen, et eris propinquus ad me, tu et filii tui et filii filiorum tuorum, et greges tui, et armenta tua, et omne quod tibi... Et dixit Pharao ad Josephum, dic ad fratres tuos, hoc facite, onerate jumenta vestra, et ite, venite terram Canaan. Et accipite patrem vestrum, et domos vestras, et venite ad me, et dabo vobis bonum terrae Aegypti, et comedetis pingue terrae. ...Et fecerunt ita filii Israëlis, et dedit illis Joseph vehicula juxta os Pharaonis; et dedit illis viaticum ad viam.....

anno ante n. Chr.

Et ascenderunt ex Aegypto, et venerunt terram Canaan ad Jacobum patrem eorum. Et indicaverunt illi, dicendo, adhuc Joseph vivit, et quod ille dominans in omni terra Aegypti... Et dixit Israël, multum, adhuc Joseph filius meus vivit, ibo et videbo illum antequam morior, Genesis 45:9, 10.. 17, 18...21...25, 26....28. 1664.

Et profectus Israël, et omne quod illi; et venit Beerschebam; et sacrificavit sacrificia Deo patris sui Iischaki. Et dixit Deus Israëli in visionibus noctis, et dixit, Jacob, Jacob, et dixit, ecce me. Et dixit, Ego Deus, Deus patris tui, ne timeas a descendendo Aegyptum, quia ad gentem magnam ponam te ibi. Ego descendam cum te Aegyptum, et ego ascendere faciam te, etiam ascendendo; et Joseph ponet manum suam super oculos tuos. Et surrexit Jacob e Beerscheba, et tulerunt filii Israëlis Jacobum, patrem suum, et infantes suos, et mulieres suas, in vehiculis quae misit Pharao ad ferendum illum. Et acceperunt pecus suum, et acquisitionem suam, quam acquiseverant in terra Canaan, et venerunt Aegyptum, Jacob et omne semen ejus cum illo. Filios suos, et filios filiorum suorum secum, filias suas et filias filiorum suorum, et omne semen suum, adduxit secum Aegyptum... Et Jehudam misit ante se ad Josephum, ad monstrandum ante se Goschen, et venerunt terram Goschen. Et alligavit Joseph currum suum et ascendit obviam Israëli patri suo Goschenem, et visus ad illum, et cecidit super colla ejus,

anno ante n. Chr.

et flevit super collis ejus diu. Et dixit Israël ad Josephum, moriar hac vice, postquam vidi facies tuas, quod adhuc tu vivas. Et dixit Joseph ad fratres suos, et ad domum patris sui, ascendam et indicabo Pharaoni, et dicam ad illum, fratres mei, et domus patris mei, qui in terra Canaan, venerunt ad me, Genesis 46:1—7.. 28—31.

Et venire fecit Joseph Jacobum patrem suum, et statuit illum coram Pharaone; et benedixit Jacob Pharaoni. Et dixit Pharao ad Jacobum, quot dies annorum vitae tuae. Et dixit Jacob ad Pharaonem, dies annorum peregrinationum mearum triginta et centum anni ................. 1663.
.... Et benedixit Jacob Pharaoni et egressus a coram Pharaone. Et habitare fecit Joseph patrem suum et fratres suos ... in terra Rameses, quemadmodum praecepit Pharao. Et sustentavit Joseph patrem suum et fratres suos, et totam domum patris sui pane ad os infantis .... Et habitavit Israël in terra Aegypti, in terra Goschen et possessionem habuerunt in illa, et fructificarunt se, et multiplicati valde.

Et vixit Jacob in terra Aegypti septendecim annis, et fuit dies Jacobi anni vitae illius, septem anni et quadraginta et centum anni, Genesis 47:7, 8, 9...10, 1646.
11...12...27, 28.

Et fecerunt filii ejus ita, quemadmodum praeceperat illis. Et tulerunt illum filii ejus terram Canaanem, et sepeliverunt illum in spelunca agri Machpelah, quam

anno ante n. Chr.

emerat Abraham cum agro ad possessionem sepulchri ex Ephrone Chittaeo, super facies Mamre, Genesis 50:12, 13.

Et habitavit Joseph in Aegypto, is et domus patris ejus; et vixit Joseph centum et decem annos ... Et dixit Joseph ad fratres suos, ego morior, et Deus visitando visitabit vos, et ascendere faciet vos e terra hac, ad terram quam juravit Abrahamo, Iischako et Jacobo. Et adjuravit Joseph filios Israëlis, dicendo, visitando visitabit Deus vos, et ascendere facietis ossa mea exhinc. Et moriebatur Joseph filius centum et decem annorum; et condierunt eum, et ponebatur in arca in Aegypto, Genesis 50:22..24—26. A Josepho, scrip- 1593.
tore historico (auct. 16) Joseph Phete—Seph (i. e. distributor panis) vocatur.

Secundum Manethonem (auct. 21) post Beon (Bnon) regnaverunt Apachnas (Pachnan), Staan (Jannes) (ab auct. 4 Khian vocatus), Archles (Assis) et Aphobis (Apophis). In camera templi magni in El—Karnak nomina trium horum regum fuerunt Ab, A-an et Ass, sed nomen regis quarti deficit. Horus—nomina regis primi et tertii fuerunt Shura et Tetkara (Vide: auct. 28!).

Probabile est, Josephum moriri, quum Pachnan regnaret, et Archlem (Assem) regem novum super Aegyptum, qui non novit Josephum, fuisse. (Vide: Exodus 1:8!).

Et mortuus est Joseph, et omnes fratres ejus, et omnis generatio illa. Et filii Israëlis fructificabantur et producebantur, et

multiplicabantur et numerosi facti in valde valde, et impleta terra illis. Et surrexit rex novus super Aegyptum, qui non novit Josephum. ...Et posuerunt super illum (i. e. populum filiorum Israëlis) principes tributorum, propter ut affligere illum oneribus; et aedificavit (populus) urbes promptuariorum Pharaoni, Pithom, et Raamses. ... Et praecepit Pharao omni populo suo dicendo, omnem filium, qui nascitur, in flumen projicietis illum, et omnem filiam vivificetis, Exodus 1:6—8...11...22.

Et ivit vir (Amram) e domo Levi, et duxit (Jochebed) filiam Levi. (Vide: Numeri 26:59!). Et concepit mulier, et peperit filium, et vidit illum, quod bonus ille, 1528.
et abscondit illum tribus mensibus. Et non potuit amplius abscondere illum, et accepit sibi capsam junci, et bituminavit illam bitumine et pice, et posuit in illa natum, et posuit in alga ad ripam fluminis ... Et descendit filia Pharaonis ad lavandum ad flumen... et vidit capsam... et aperuit et vidit illum natum... et soror ejus... vocavit matrem nati. Et dixit ei filia Pharaonis, adduc tibi natum hunc, et lacta illum mihi..... et crevit natus, et adduxit illum filia Pharaonis, et fuit ei in filium, et vocavit nomen illius Moscheh (Moses), et dixit, quia ex aquis eduxi illum, Exodus 2:1—3...5...6...7...8, 9...10.

Et factum in diebus illis, et crevit Moscheh, et exivit ad fratres suos, et vidit onera illorum, et vidit virum Aegyptium percutientem virum Hebraeum e fratribus

anno
ante n. Chr.

suis. Et prospexit huc et illuc, et vidit, quod nullus vir, et percussit Aegyptium, et abscondidit illum in arena.

Et exivit die altero, et ecce duo viri Hebraei altercantes, et dixit improbo, quare percutis socium tuum. Et dixit, quis posuit te ad virum principem et judicem super nos, num ad occidendum me tu dicis, quemadmodum occidisti Aegyptium: et timuit Moscheh, et dixit, certe notum est verbum. Et audivit Pharao verbum hoc, et quaesivit occidere Moschen; et fugit Moscheh a coram Pharaone, et habitavit in terra Midian, et habitavit juxta puteum, Exodus 2:11—15.

Tum Moschen filium quadraginta annorum fuisse, dicit Paulus apostolus. (Vide: 1488.
Acta apostolorum 7:23—29!).

Et sacerdoti Midianis septem filiae, et venerunt et hauserunt, et impleverunt canaliculos, ad potandum gregem patris sui. Et venerunt pastores, et depulerunt illas; et surrexit Moscheh, et adjuvit illas; et potavit gregem earum. Et venerunt ad Reuelem patrem suum; et dixit, quapropter festinatis venire hodie. Et dicebant, vir Aegyptius liberavit nos e manu pastorum, et etiam hauriendo hausit nobis, et potavit gregem. Et dixit ad filias suas, et ube ille, quare hoc reliquistis virum, vocate illum et edat panem. Et voluit Moscheh habitare cum viro, et dedit Zipporam filiam suam Moschi. Et peperit filium, et vocavit nomen ejus Gerschom, quia dixit, peregrinus sum in terra aliena, Exodus 2:16—22.

Et factum in diebus multis his, et moriebatur rex Aegypti (probabiliter Archles [Assis]); et suspirabant filii Israëlis e servitio, et clamabant, et ascendit clamor illorum ad Deum e servitio. Et audivit Deus gemitum illorum, et recordatus est Deus foederis sui cum Abrahamo, cum Iischako, et cum Jacobo. Et vidit Deus filios Israëlis, et cognovit Deus, Exodus 2:23—25.

Traditum est ortum heliacum sideris Sirii in anno, qui antecedit exitum populi Israëlis ex Aegypto fieri.

In Elephantine, insula in Nilo, prope Assuam praesentem, antiquam Syenem in Aegypto superiore, ortus heliacus sideris Sirii (circiter hora una ante solem) die vicesimo octavo mensis Epiphi 1450 (secundum chronologiam Aegyptiam) = die decimo quarto mensis Julii (secundum chronologiam Julianam) factus est.* 1449.

De hoc ortu in stela** quae ab Amenhotep secundo (1447—1420) in Elephantine erecta est (vide: auctores 4 et 33a!), traditio excisa inventa est.

In eodem anno in Memphis ortus heliacus ejusdem sideris die quarto mensis Mesori 1450 (s. chron. Aeg.) = die vicesimo mensis Julii (s. chron. Jul.) 1449 factus est.* Annus Aegyptus = Trecenti et

---

* secundum Fischer Petersen, mag. scient., adjutorem professoris Elis Stroemgren, observatorium Hafniae.

---

** monumentum, e lapide uno sicut columna formatum.

sexaginta quinque dies fuit. Annus Julianus = Trecenti et sexaginta quinque dies et sex horae fuit. Ante 2780 (a. n. Chr.) 1460 Sirius-anni = 1461 anni Aegyptii fuerunt. Inter 2780 (a. n. Chr.) et 1322 (a. n. Chr.) 1458 S. anni = 1459 anni Aeg. fuerunt. Post 1322 (a. n. Chr.) 1457 S. anni = 1458 anni Aeg. fuerunt. (Vide: auct. 10!).

Igitur ortus heliacus Sirii in Memphis
ante nativitatem Christi

| anno Aegyptio | anno Juliano |
|---|---|
| Primo die mensis Thot 4242 = | vicesimo die mensis Julii 4240 |
| » » mensis Thot 2781 = | vicesimo die mensis » 2780 |
| Quarto » mensis Mesori 1450 = | vicesimo die mensis » 1449 |
| Primo » mensis Thot 1322 = | vicesimo die mensis » 1322 |

post nativitatem Christi

| anno Aegyptio | anno Juliano |
|---|---|
| Primo die mensis Thot 137 = | vicesimo die mensis Julii 136 |

factus est.

Quarto quoque anno Sirius uno die postea ortus est. Quamdiu ortus Sirii die quovis mensis Thot factus est, igitur in centum et viginti annis festum Sirio celebratum est. Singuli reges Aegypti chronologiam Aegyptiam cum chronologia Juliana mutare quaesiverunt, sed sacerdotes Aegyptiorum semper restiterunt. Haec mutatio

non facta est, antequam Augustus, imperator Romanus, Aegyptiis imperavit, ut fieret.

Factum est anno vicesimo quarto ante nativitatem Christi, sed quum primus dies mensis Thot eodem anno = vicesimus nonus (undetricesimus) dies mensis Augusti (secundum chronologiam Julianam) fuit, hunc eundem diem primum diem anni futurum esse Aegyptii statuerunt, et in anno quovis, qui 366 dies habiturus est, 6 Epigominas ad mensem ultimum addiderunt.

Et Moscheh fuit pascens gregem Jethronis soceri sui sacerdotis Midianis, et duxit gregem post desertum, et venit ad montem Dei Chorebum. Et visus Angelus Jehovae ad illum in flamma ignis e medio rubi, et vidit, et ecce rubus ardebat igne, et rubus nullatenus consumebatur... Et dixit, Ego Deus patris tui, Deus Abrahami, Deus Iischaki, et Deus Jacobi: et obtexit Moscheh facies suas, quia timuit ab intuendo Deum......:

Et nunc ecce clamor filiorum Israëlis venit ad Me, et etiam vidi oppressionem, qua Aegyptii opprimunt illos. Et nunc ito, et mittam te ad Pharaonem (probabiliter Apophis), et educ populum meum, filios Israëlis, ex Aegypto.....

Et dixit, quia ero cum te; et hoc tibi signum quod Ego miserim te, in educendo te populum ex Aegypto, coletis Deum juxta montem hunc. Et dixit Moscheh ad Deum, ecce ego venio ad filios Israëlis, et dico illis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos, et dicant mihi, quodnam No-

men Ejus, quid dicam ad illos. Et dixit Deus ad Moschen, Sum qui Sum, et dixit, ita dices filiis Israëlis, Sum misit me ad vos..... Et audiverint vocem tuam, et intres tu et seniores Israëlis ad regem Aegypti, et dicatis ad illum, Jehovah Deus Hebraeorum occurrit nobis; et nunc eamus quaeso viam trium dierum in desertum, et sacrificemus Jehovae, Deo nostro. Et Ego novi, quod non dabit vobis rex Aegypti ad eundum, et non manu forti. Et mittam manum meam, et percutiam Aegyptum omnibus mirabilibus meis, quae faciam in medio illius, et postea mittet vos. Et dabo gratiam populi hujus in oculis Aegyptiorum, et erit, cum itis non ibitis vacui. Et petat mulier e vicina sua, et ex hospita domus suae, vasa argenti, et vasa auri, et vestes, et ponetis super filios vestros, et super filias vestras, et depraedabimini Aegyptios, Exodus 3:1, 2...6...9, 10... 12—14...18—22.

Jehovah extendit infestationes differentes super terram Aegypti, sed cor Pharaonis obduratur et non permittit filiis Israëlis e terra Aegypti, Exodus 7, 8, 9, 10 et 11.

Et dixit Jehovah ad Moschen et ad Aharonem in terra Aegypti, dicendo. Mensis hic vobis caput mensium, primus hic vobis mensibus anni. Loquimini ad omnem coetum Israëlis, dicendo, in decimo mensis hujus et accipient sibi quisque pecudem ad domum patrum, pecudem ad domum....... Pecus integra, mascula, filius anni erit vobis, ex agnis et ex capris

accipietis. Et erit vobis ad custodiam usque ad quartum decimum diem mensis hujus; mactabant illam omnis congregatio coetus Israëlis inter vesperas, Exodus 12:1, 2, 3....5, 6. (Vide etiam: Deuteronom. 16:6, 7!).

Quod per »inter vesperas« non intelligatur tempus inter vesperam unius diei et vesperam alterius diei, sed tempus inter vesperam et mane, ita inclusive nox seu diluculum, patet ex eo, quod holocaustum juge ex agno non solum factum sit vesperi, sed etiam mane. (Vide: auctor 37, »Arcana Coelestia« 10135!). (Vide etiam: Exodus 27:21; 29:38—39; 30:8!).

Et accipient de sanguine, et dabunt super binos postes et super superliminare super domibus, in quibus comedent illam...

Et sic comedetis illam, lumbi vestri cincti, calcei vestri in pedibus vestris, et baculus vester in manu vestra, et comedetis illam in festinatione, Paschah hoc Jehovae. Et transibo per terram Aegypti in nocte illa, et percutiam omne primogenitum in terra Aegypti ab homine et usque ad bestiam; et in omnes deos Aegyptiorum faciam judicia, Ego Jehovah.... Septem diebus azyma comedetis; etiam in die primo cessare facietis fermentum e domibus vestris, quia omnis comedens fermentatum et exscindetur anima illa ex Israële, a die primo usque ad diem septimum.

Et in die primo convocatio sancta, et in die septimo convocatio sancta, erit vobis; nullum opus fiet in illis, tantum quod

anno
ante n. Chr.

comedatur omni animae, hoc solum fiet vobis. Et observabitis azyma. quia in eodem die hoc eduxi exercitus vestros e terra Aegypti, et custodietis diem hunc generationibus vestris statuto aeterno, Exodus 12:7...11, 12...15, 16, 17.

Et iverunt et fecerunt filii Israëlis quemadmodum praecepit Jehovah Moschi et Aharoni, ita fecerunt. Et factum in media nocte, et Jehovah percussit omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis sessuro super throno illius, usque ad primogenitum captivi qui in domo foveae et omne primogenitum bestiae. Et surrexit Pharao nocte illa, et omnes servi illius, et omnes Aegyptii, et fuit clamor magnus in Aegypto, quia nulla domus ubi non mortuus. Et vocavit Moschen et Aharonem noctu, et dixit, surgite, exite e medio populi mei, etiam vos, etiam filii Israëlis, et ite, servite Jehovae, secundum loqui vos... Et filii Israëlis fecerunt secundum verbum Moschis, et petierunt ab Aegyptiis vasa argenti et vasa auri, et vestes. Et Jehovah dedit gratiam populi in oculis Aegyptiorum; et commodaverunt illis, et eripuerunt Aegyptiis, Exodus 12;28—31..35, 36.

Et profecti filii Israëlis de Raamses ad Succoth, quasi sexcenta millia peditum virorum, praeter infantem* 15. Nisan = 16. m. Aprilis. 1448.

---

* computatum a Fischer-Petersen, mag. scient., adjutore professoris Elis Stroemgren, observatorium Hafniae.

anno ante n. Chr.

A Jacobi descensu in Aegyptum (anno 1663 a. n. Chr.) ad exitum posteriorum ejus ex Aegypto (anno 1448 a. n. Chr.) fuit tempus 215 annorum ut patet manifeste a Chronologicis Scripturae Sacrae. ....Et habitatio filiorum Israëlis, qua habitaverunt in Aegypto, triginta anni et quadringenti anni (Vide: auctor 37, »Arcana Coelestia«, 7985!). Et fuit a fine triginta annorum et quadringentorum annorum, et fuit 1448.
in eodem die hoc exiverunt omnes exercitus Jehovae e terra Aegypti, Exodus 12: 37...40, 41. (Vide etiam: Genesis 15:13 —16!). (Abram venit in Aegyptum 16. m. Aprilis 1878). 1878.

Secundum Ginzel (auct. 10) in chronologia antiquissima, quae usque ad Esram durat, mensis novus incepit, quum falx novae lunae in conspectum venit, ergo primo vespere, et inde ille auctor conclusit, diem primo vespere incipere. Quum relatio in Exodus 12 de exitu populi Israëlis ex Agypto cum relatione in Numeri 33:3 de eodem facto comparitur, mihi (auctori hujus operis) videtur probabilissimum esse, diem populi Israëlis tanquam diem Aegyptiorum mane incipere nam in Numeri 33:3 dicitur: »Nimirum profecti sunt e Raamses in mense primo in quinto decimo die mensis primi; postridie Paschatis exiverunt filii Israëlis per manum excelsam in oculis omnium Aegyptiorum«.

Nora luna evenit in Raamses secundum tempus civile hujus urbis die solis 31. Mar-

anno
ante n. Chr.

tii 1448 7 h. post meridiem*, et falx novae lunae potuit videri die Martis 2. Aprilis pauco ante occasum lunae. Et extendit Moscheh manum suam super mare et abire fecit Jehovah mare vento orientali forti tota nocte, et posuit mare ad siccum, et diffindebantur aquae. Et venerunt filii Israëlis in medium mare in arido; et aquae illis murus a dextra illorum et a sinistra illorum. Et persequuti Aegyptii, et venerunt post illos omnes equi Pharaonis; currus illius, et equites illius ad medium maris... Et dixit Jehovah ad Moschen, extende manum tuam super mare, et revertantur aquae super Aegyptios, super currus illius, et super equites illius. Et extendit Moscheh manum suam super mare, et reversum est mare ad vergere mane, ad vim fluxus sui, et Aegyptii fugientes obviam ei, et excussit Jehovah Aegyptios in medium mare. Et reversae sunt aquae, et obtexerunt currus et equites, ad omnem exercitum Pharaonis, venientes post illos in mare, non relictus est in illis usque ad unum, (Vide etiam: Psalm. 136:15!)....

Et salvavit Jehovah in die hoc Israëlem e manu Aegyptiorum, et vidit Israël Aegyptios mortuos super litore maris. Et vidit Israël manum magnam quam fecit Jehovah in Aegyptiis, et timuerunt populus Jehovam, et crediderunt in Jehovam, et in

---

* computatum a Fischer-Petersen, mag. scient., adjutore professoris Elis Stroemgren, observatorium Hafniae.

Moschen servum Ipsius, Exodus 14:21—23...26—28...30, 31.

De Apophe narratur, quod in urbe habitaverit, quae Avaris vocata fuit et secundum Manethonem (auct. 21) a Salate aedificata est, et quod cum Sekenenre, cliente suo Thebis habitante, bellum gesserit. (Vide: auct. 4!) In »Records II pagina 378« Breasted (auct. 4) hanc communicationem dat: »In continuatione exsecrationum in capita destructorum locorum sepulturae posterorum in templo incisarum, quod tunc consecratum est, quum Amenhotep III regnaret (1411—1375), dicitur: Similes Apophis mane primo ineuntis anni die* facti erunt; a mari vorati erunt, hoc obteget corpora eorum«.

Et audivit Jethro sacerdos Midianis socer Moschis omne quod fecit Deus Moschi et Israëli populo suo, quod eduxerit Jehovah Israëlem ex Aegypto. Et accepit Jethro socer Moschis Zipporam, uxorem Moschis, post dimissiones ejus. Et duos filios ejus, quorum nomen unius Gerschom, quia dixit, peregrinus fui in terra aliena. Et nomen unius Eliezer, quia Deus patris mei in auxilio meo, et liberavit me a gladio Pharaonis. Et venit Jethro socer Moschis et filii ejus, et uxor ejus, ad Moschen ad desertum, ubi ille castrametatus montem Dei.

---

* Aegyptii Osirim, deum lunarem, adorabant. Diem, quo luna plena fuit, pro initio mensis habebant (Vide: auct. 20!), et putabant annum novum Judaeorum ab eo die, quo ex Aegypto emigraverunt, incipere. Eo die enim luna plena fuit.

anno
ante n. Chr.

...Et dixit socer Moschis ad illum... Et doceas illos statuta et leges et notam facias illis viam, ibunt in qua, et opus quod facient. Et tu videas ex omni populo viros strenuitatis, timentes Deum, viros veritatis odientes lucrum; et ponas ex illis principes millenorum, principes centenorum, principes quinquagenorum et principes decadum.

Et judicent populum in omni tempore, et erit, omne verbum magnum adducant ad te, et omne verbum parvum judicent illi; et devolve de super te, et portent tecum. Si verbum hoc facias, et praeceperit tibi Deus, et potes consistere; et etiam omnis populus hic super locum suum veniet in pace. Et auscultavit Moscheh voci soceri sui, et fecit omne quod dixit...

Et dimisit Moscheh socerum suum et ivit sibi ad terram suam, Exodus 18:1 — 5...17...20—24...27.

In mense tertio ad exire filios Israëlis e terra Aegypti, in die hoc venerunt desertum Sinai...

Et Moscheh ascendit ad Deum; et vocavit ad illum Jehovah e monte, dicendo, ita dices domui Jacobi, et nuntiabis filiis Israëlis...

Et dixit Jehovah ad Moschen, abi ad populum, et sanctifica illos hodie et cras, et lavent vestes suas. Et erunt parati ad diem tertium, quia in die tertio descendet Jehovah ad oculos omnis populi supra montem Sinai...

Et fuit in die tertio in fieri mane, et

fuit voces et fulgura, et nubes gravis super monte, et vox buccinae vehemens valde, et trepitabat omnis populus qui in castris, Exodus 19:1...3...10, 11...16.

Dies tertius mensis tertii ad exire filios Israëlis e terra Aegypti (Vide: Levit. 23: 15—16 et Deuter. 16:9—10!) fuit dies quinquagesimus post Paschah, viz Dies Martis 4. m. Junii 1448. 1448.

Et loquutus est Deus a monte fumante ad populum Israëlis et Moschen omnia verba Decalogi, Exodus 20:1—17...

Die primo mensis primi anni secundi erectum est tabernaculum (Exodus 40:17) initio m. Aprilis 1447. 1447.

Et accepit et dedit Testimonium in Arcam, et posuit vectes super Arcam, et dedit Propitiatorium super Arcam superius. Et introduxit Arcam in Habitaculum, et posuit velum tegumenti, et texit super Arcam Testlmonii, quemadmodum praecepit Jehovah Moschi, Exodus 40:20, 21.

Praeterea locutus est Jehovah ad Moschen in deserto Sinai; in anno secundo, ex quo exiverant ex terra Aegypti, in mense primo, dicendo: Facient, inquam, filii Israëlis Paschah in stato tempore suo..... Quare fecerunt Paschah in primo (mense) in quarto decimo die mensis inter vesperas in deserto Sinai; juxta omne, quod praecepit Jehovah Mosi; sic fecerunt filii Israëlis, Numeri 9:1, 2...5, medio mensis Aprilis 1447. 1447.

Factum itaque est in anno secundo in mense secundo, in vigesimo (die) mensis

anno
ante n. Chr.

sublata est nubes de super tabernaculo testimonii. Profecti ergo sunt filii Israëlis juxta profectiones suas, e deserto Sinai: habitavitque nubes in deserto Paran, Numeri 10:11, 12. Caeterum dixit Moscheh Chobabo filio Reuelis Midianitae, affini Moschis: Proficiscentes (sumus) nos ad locum, de quo Jehovah dixit; hunc dabo vobis: Ito (ergo) nobiscum; benefaciemus enim tibi quia Jehovah loquutus est bonum super Israële. Qui dixit ad illum; Non ibo, sed ad terram meam & ad generationem meam ibo. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere, tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeam, et eris oculus noster... Profecti sunt ergo de monte Dei viam trium dierum, Numeri 10:29, 30, 31...33.

Ubi locutus est Jehovah ad Moschen, dicendo: Mitte tibi viros, qui explorent terram Canaan, quam Ego (sum) dans filiis Israëlis; viros singulos in tribum patrum eorum mittetis, (qui) omnes principes inter eos. Misit itaque eos Moses e deserto Paran, juxta os Jehovae; qui omnes viri erant capita filiorum Israëlis.... Tribui Jehudae, Caleb, filius Jephunneh.. Tribui Ephraimi, Hoschea (Josva), filius Nunis...

Ascenderunt nimirum in meridiem, & venerunt in Chebronem, ubi Achiman, Scheschajus, & Thalmajus, filii Enaki. Chebron autem septem annis condita est ante Zoanem Aegypti, Numeri 13:1—3... 6...8...22. 1447.

Secundum Riehm (vide: auct. 29!) Zoan accurate eadem urbs fuit, quae a historicis Graecis Tanis (praesens »San«) vocata est. Situs hujus urbis fuit ad occidentem paulum versus a loco, quo gradus longitudinis tricesimae secundae (a Greenwhich ad orientem versae) gradum septentrionalis latitudinis tricesimae primae secat. Urbi eidem fuerunt plura nomina, inter quae »Pa-Ramses« commemorandum est. (Vide: auct. 29!). Autem Raamses, e qua urbe exitus populi ex Aegypto incepit, situm eundem habuit.

Cum autem redierunt ab explorando terram, a fine quadraginta dierum, Numeri 13:25.

Mortui sunt viri, divulgatores infamiae terrae malae, per plagam coram Jehovah. Tantum Jehoschua, filius Nunis, & Caleb, filius Jephunneh, vivi manserunt de viris istis, qui abiverant ad explorandum terram, Numeri 14:37, 38...

Locutus est... Caleb... quadraginta annorum eram, quando misit me Moscheh, servus Dei, de Kadesch-barnea ut explorarem Terram, nuntiavique ei quod mihi verum videbatur, L. Josvae 14:6...7.

Verum percussit eum Israël ore gladii, posseditque terram ejus ab Arnone usque ad Jabbokum usque ad filios Ammonis: quia ita (erat) terminus filiorum Ammonis. Sic cepit Israël omnes urbes istas; habitavitque Israël in omnibus urbibus Emoraeorum, in Cheschbone & in omnibus filiabus ejus. Nam Cheschbon urbs Sichonis,

regis Emoraeorum, erat; hic enim pugnaverat cum rege Moabi priori, ceperatque omnem terram ejus e manu ejus, usque ad Arnonem, Numeri 21:24—36. (Vide etiam: Deuteronomium 2:14 et L. Judicum 11: 19—26!) 1409.

Postea profecti sunt e Kadesch, & castra metati sunt, in Hor monte, in extremitate terrae Edomi. Ubi ascendit Aharon Sacerdos super Hor montem, juxta os Jehovae; & mortuus est ibi, in anno quadragesimo, postquam exiverant filii Israëlis e terra Aegypti, in mense quinto in primo (die) mensis. Aharon autem (erat) filius trium et viginti centum annorum, quum moreretur in Hor monte, Num. 33:37—39. 1409.

Factum itaque est in quadragesimo anno, in undecimo mense, in primo (die) mensis: locutus est Moses ad filios Israëlis, juxta omne, quod praecepit Jehovah ipsi ad illos, Deuteronomium 1:3... 1408.

Probabilissimum est, Librum foederis, qui in 2. L. Regum 23:2 commemoratus est, Decalogum et omnia statuta et praecepta, quae Jehovah Moschi coram filiis Israëlis loqui praecepuit, continuisse. (Vide: Deuteronomium capita 4—31 et caput 32: 1—47!) Deinde ascendit Moscheh ex planitiebus Moabi super montem Nebo, (qui) caput Pisgae, qui versus Jerichuntem; ubi ostendit illi Jehovah totam terram, Gileadem, usque ad Danem... Dixitque Jehovah ad illum; Haec (est) terra, quam juravi Abrahamo, Iischako et Jacobo, dicendo; semini tuo dabo eam. Videre feci te,

(quidem) oculis tuis, sed eo non transibis. Ita mortuus est ibi Moscheh, servus Jehovae, in terra Moabi, juxta os Jehovae. 1408.

...(Fuit) vero Moscheh filius centum & viginti annorum, quum moreretur... Impletus est Jehoschua, filius Nunis, spiritu sapientiae, nam composuerat Moscheh manus suas super ipsum, et obediverunt ei filii Israëlis, feceruntque sicut praecepit Jehovah Moschi. Et non surrexit ultra propheta in Israël sicut Moscheh, quem nosset Jehovah facie ad faciem, Deut. 34: 1...4, 5...7...9, 10.

Populus autem ascendit de Jordane, decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Gilgale contra Orientalem plagam urbis Jericho. Duodecim quoque lapides, quos de Jordanis alveo sumpserant, posuit Josva in Gilgale, L. Josvae 4:19—20.

Eodem tempore vocavit Josva Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribus Manasse. Dixitque ad eos: Fecistis omnia quae praecepit vobis Moscheh, servus Jehovae; mihi quoque in omnibus obedivistis. Non deseruistis fratres vestros his diebus multis (circiter 7 annis, vide: infra!)* usque ad diem hunc; custodivistis (inquam) custodi- 1401.
am praecepti Jehovae, Dei vestri.

Reversique sunt, & abierunt filii Ruben & filii Gad & dimidia tribus Manasse, a filiis Israël de Silo, quae sita est in Canaan, ut intrarent Galaad, Terram possessionis

* Etiam comparandum est Liber Josvae 11:18, 23. (Vide: auct. 29!).

anno
ante n. Chr.

suae, quam obtinuerant juxta imperium Jehovae in manu Moschis, L. Josvae 22: 1—3...9.

Concessit ergo Jehovah vitam mihi, sicut pollicitus est, usque in praesentem diem, quadraginta & quinque anni sunt ex quo locutus est Jehovah verbum istud ad Moschen, quando ambulabat Israël per solitudinem: hodie filius octogintaquinque
annorum sum. 1402.

...Benedixitque ei (i. e. Caleb) Josva: tradidit ei Chebron in possessionem, L. Josvae 14:10...13.

Factum deinde est post dies multos, postquam quietem dedit Jehovah Israëli ab omnibus hostibus eorum circumcirca; ac Jehoschua senex (factus) venit in dies. Vocavit Josva omnem Israëlem, majoresque natu, & principes, ac duces, & magistros dixitque ad eos: Ego consenui, intravi in dies... Nunc ergo timete Jehovam, & servite ei perfecto corde atque verissimo: & auferte deos, quibus serviverunt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto, ac servite Jehovae, L. Josvae 23:1, 2 et 24:14.

Ita dimisit Jehoschua populum, virum (quemque) in hereditatem suam. Caeterum factum est post verba haec; ut mortuus sit Jehoschua, filius Nunis, servus Jehovae;
filius centum et decem annorum... circiter 1394.

...Servivitque Israël Jehovae, cunctis diebus Jehoschuae & seniorum, qui longo vixerant tempore post Jehoschuam (Comparandum est L. Judicum 2:7—11!).....

anno
ante n. Chr

Ossa quoque Joseph, quae tulerant filii Israëlis de Aegypto, sepeliverunt in Sichem in parte agri quem emerat Jacob a filiis Chamoris, patris Schechemi, centum Kesithis, & fuit in possessionem filiorum Josephi, L. Josvae 24:28, 29...31...32.

Ideo accensa est ira Jehovae erga Israëlem vendiditque eos in manum Kuschan-Rischathajim regis Syriae fluviorum (Mesopotamiae) serviveruntque filii Israëlis
Kuschan-Rischathajim octo annos 1392—138
Cum autem clamarent filii Israëlis ad Jehovam; suscitavit Jehovah servatorem filiis Israëlis, ut servaret eos, Othnielem, filium Kenasi, fratris Calebi, minoris eo. Fuit enim super eum Spiritus Jehovae & judicavit Israëlem, et exivit in bellum & dedit Jehovah in manum ejus Kuschan-Rischathajim, regem Syriae; et confortata est manus ejus super Kuschan-Rischathajim. Et
quievit terra quadraginta annos & mortuus 1384—134
est Othniel, filius Kenasi, L. Judicum
3:8—11. 1344.

Et serviverunt filii Israëlis Egloni, regi
Moabi, octodecim annis. Et postea clama- 1344—132
verunt ad Jehovam, qui suscitavit eis salvatorem, Ehud... Miseruntque filii Israëlis per illum munera Egloni, regi Moabi. ... Humiliatusque est Moabus in die illo
sub manum Israëlis; quievit terra octo- 1326.
ginta annis. 1344—126

Post eum autem fuit Schamgar (Samgar), filius Anathi & percussit Philisthaeos sexcentos viros stimulo ovis & servavit etiam ipse Israëlem, L. Judicum 3:14, 15...30, 31.

De Ehud not dicitur sicut de Othniel, quo tempore mortuus est, sed tantum »post eum autem fuit Schamgar«, quamobrem probabile est, octoginta annos, quibus terra quievit, non ab anno 1326, sed ab anno 1344 computandos esse. (auctor hujus operis.)

Sed addiderunt filii Israëlis facere malum in oculis Jehovae. Ehud autem erat mortuus. Ideo vendidit Jehovah in manum Jabini, regis Canaanis, qui regnavit in Chazor; princeps autem exercitus ejus (fuit) Sisera; & hic (erat) habitans in Charoscheth gentium. Et clamarunt filii Israëlis ad Jehovam, quia nongenti currus ferri illi (fuerunt) & ille oppressit filios Israëlis cum violentia viginti annos. At Debora, mulier, 1264—124
prophetissa, uxor Lappidoth, haec (inquam, erat) judicans Israëlem in tempore hoc, L. Judicum 4:1—4.

Haec misit & vocavit Barakum . . . Convocavit itaque Sisera omnes currus suos (scilicet) nongentos currus ferri & omnem populum qui cum ipso, e Charoscheth gentium ad torrentem Kischon. Tum dixit Debora ad Barakum; surge; nam hic (est) dies ille, quo tradidit Jehovah Siseram in manum tuam. Nonne Jehovah exivit ante te? descenditque Barakus de monte Thabor & decem millia virorum post eum . . . Humiliavit itaque Deus in die hoc Jabinum, regem Canaanis, coram filiis Israëlis. Ivitque manus filiorum Israëlis eundo ingravescendoque super Jabinum, regem Canaanis, usque dum exciderunt Jabinum, regem Canaanis, L. Judicum 4; 6 . . 13, 14 . . 23, 24.

anno ante n. Chr.

Venerunt reges, pugnarunt, tunc pugnarunt reges Canaanis, in urbe Thaanach juxta aquas Megiddo; quaestum argenti non acceperunt. E coelo pugnarunt; stellae de viis suis pugnarunt cum Sisera. Torrens Kischonis subvertit eos; torrens praeventionum, torrens Kischonis; calcasti, o anima mea, robur... Sic pereant omnes inimici Tui, Jehovah: sed amantes Eum, (sint) sicut oriri solis in robore ipsius. — Quievit vero terra quadraginta annos, L. Judicum 5:19—21...31. 1244—1204.

Fecerunt autem (porro) filii Israëlis malum in oculis Jehovae: ideo dedit eos Jehovah in manum Midianis septem annos, L. Judicum 6:1... 1204—1197.

Deinde dixerunt viri Israëlis ad Gideonem; Dominare in nos, cum tu, tum filius tuus, tum filius filii tui: quoniam liberasti nos e manu Midianis. Sed dixit ad eos Gideon; non dominabor in vos ego; neque dominabitur filius meus in vos; Jehovah dominabitur in vos... Ita humiliatus est Midian coram filiis Israëlis; ita ut non addiderint efferre caput suum; quievit autem terra quadraginta annos in diebus Gideonis L. Judicum 8:22, 23..28. 1197—1157.

Abiit itaque Jerub-Baal, (Gideon) filius Joaschi, et habitavit in domo sua... Mortuusque est Gideon, filius Joaschi, L. Judicum 8:29...32. 1157.

Abivit autem Abimelech, filius Jerub-Baal, in Sichem in fratres matris suae... Caeterum principatum gessit Abimelech super Israëlem tribus annis, L. Judicum 9:1..22. 1157—1154.

anno
ante n. Chr.

Surrexit autem post Abimelechum ad
servandum Israëlem Thola filius Puae, filii
Dodo, vir Iissacharis; isque habitavit in
Schamir in monte Ephraim. Judicavit
autem Israëlem viginti & tribus annis, L. 1154—1131
Judicum 10:1—2.

Caeterum surrexit post eum Jair, Gilea-
dita; judicavitque Israëlem viginti & duo- 1131—1109
bis annis, L. Judicum 10:3.

Exarsit itaque ira Jehovae adversus Is-
raëlem; vendiditque illos in manum Phili- 1109—1069
sthaeorum & in manum filiorum Ammonis. 1109—1091

Et confringebant conquassabantque filios
Israëlis in anno isto; octodecim annos om-
nes filios Israëlis qui in transitu Jordanis,
in terra Emoraei, qui (olim erat) in Gile-
ade, vexabant, L. Judicum 10:7, 8. 1109—1091

Dum habitavit Israël in Cheschbon &
in filiabus ejus, ac in Aroer, & in filiabus
ejus, & in omnibus urbibus, quae ad ripas
Arnonis (sunt), trecenti anni (sunt), quare
ergo non vindicastis intra tempus hoc? L.
Judicum 11:26. 1409—1109

Transivitque Jiphthachus ad filios
Ammon, ut pugnaret contra eos: quos
tradidit Jehovah in manus ejus, L. Judicum
11:32.

Judicavit vero Jiphthachus Israëlem
sex annis, mortuusque est Jiphthachus Gile- 1091—1085
adita, & sepultus est in urbibus Gileadis,
L. Judicum 12:7. 1085.

Caeterum judicavit post eum Isra-
ëlem Ibzan ex Bethlechem... ac judicavit
Israëlem septem annos, L. Judicum 12:
8...9. 1085—1078

anno ante n. Chr.

Et judicavit post eum Israëlem Elon Sebulonita, judicavitque Israëlem decem annis, L. Judicum 12:11. 1078—1068

Judicavit autem post eum Israëlem Abdon, filius Hillelis, Pireathonita... judicavitque Israëlem octo annos, L. Judicum 12:13...14. 1068—1060

Addiderunt vero filii Israëlis facere malum in oculis Jehovae; ideo dedit eos Jehovah in manum Philisthaeorum quadraginta annos, L. Judicum 13:1. 1109—1069

Judicavit (Schimson) autem Israëlem in diebus Philisthaeorum viginti annos, L. Judicum 15:20 (Vide etiam: L. Judicum 16:31!). inter 1109 et 106

— Impletum autem est verbum Schemuelis toti Israëli, enim Israël adversus Philisthaeos in bellum, castraque metati sunt juxta Eben-Ezer; Philisthaei autem castra metati erant in Apheka.... Pugnarunt ergo Philisthaei, & percussus est Israël, 1069.
fugeruntque vir in tentoria sua; & facta est clades magna valde; ceciderunt enim de Israële triginta millia peditum. Arca autem Dei capta est; ac ambo filii Eli mortui sunt, Chophni & Pinehas... (Erat) autem Eli homo nonaginta octo annorum; oculique ejus stetit (uterque), ut non posset videre... Factum autem est: cum meminisset ille nuntius Arcae Dei, decidit (Eli) de sedili retrorsum per latus portae, fractaque est cervix ejus ac mortuus est: quia senex 1069.
vir (erat) & gravis; judicavit, autem ille Israëlem quadraginta annos, 1. L. Schemuelis 4:1...10, 11...15...18. 1109—1069

anno
ante n. Chr.

— Quum itaque fuisset Arca Jehovae in agro Philisthaeorum septem mensibus, Et vocaverunt Philisthaei sacerdotes & divinos, dicentes: Quid faciemus de arca Dei Israël; indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum. ...Miseruntque nuntios ad habitatores Kirjath-Jearim, dicentes: Reduxerunt Philisthaei Arcam Jehovae, descendite & reducite eam ad vos, 1. L. Schemuelis 6:1, 2...21.

Venerunt itaque viri Kirjath-Jearim, & ascendere fecerunt Arcam Jehovae & introduxerunt eam in domum Abinadabi in Gibea. Eleasarum autem filium ejus sanctificarunt, ut custodiret Arcam Jehovae. Caeterum factum est; a die (ex) quo mansit Arca (Jehovae) in Kirjath-Jearim, multiplicati sunt dies, factique sunt anni viginti. 1069—1049
Interea planxerunt omnis domus Israëlis post Jehovah, 1. L. Schemuelis 7:1, 2.

Egressique viri Israël de Mizpa, persecuti sunt Philisthaeos, & percusserunt eos usque ad locum, qui erat subter Beth-Car. ... Itaque humiliati sunt Philisthaei & non addiderunt amplius venire in terminum Israëlis; fuit namque manus Jehovae contra Philisthaeos omnibus diebus Schemuelis. ...Judicavit autem Schemuel Israëlem omnibus diebus vitae suae, 1. L. Schemuelis 7:11...13...15.

Dixit ergo Jehovah ad Schemuelem; obedi voci eorum, & regnare fac ipsis regem. Tum dixit Schemuel ad viros Israëlis; ire vir in urbem suam, 1. L. Schemuelis 8:22.

anno
ante n. Chr.

Et erat vir de Benjamin, nomine Cis, filius Abiel... Et erat ei filius, vocabulo Saul...

Sicut tempus hoc cras mittam ad te virum e terra Benjaminis, quem unges in ducem super populum Meum Israëlem, & liberabit populum Meum e manu Philisthaeorum: quia vidi populum Meum; venit namque clamor ejus ad Me, 1. L. Schemuelis 9:1...2 . . . 16.

Tum accepit Schemuel lenticulam olei, effuditque super caput ejus, & osculatus est eum, ac dixit; Nonne (ita est) quod unxit Te Jehovah super hereditatem Suam in ducem?....

Caeterum vocavit Schemuel populum ad Jehovam in Mizpam... Tum cucurrerunt, sumpseruntque eum inde, qui stetit in medio populi: procerus autem erat prae omni populo ab humero ejus & sursum. Quare dixit Schemuel ad totum populum; num vidistis, quem elegerit Jehovah? quia non (est) similis ei in toto populo. Tum vero acclamaverunt totus populus, dixeruntque Vivat rex, 1. L. Schemuelis 10:1... 17...23, 24. circiter 1029

Mox locutus est Schemuel ad populum jus regni, scripsitque in libro & deposuit coram Jehovah: post dimisit Schemuel totum populum virum in domum suam. Sed Schaul abivit in domum suam, in Gibeam; iveruntque cum eo robur, quorum tetigit Deus cor, 1. L. Schemuelis 10:25, 26.

— Filius anni... (tum erat) Schaul in regnare ipsum; cumque duobis annis reg-

anno ante n. Chr.

naret super Israëlem. . . . . Caeterum percussit Jonathan stationarium (militem) Philisthaeorum, qui in Gibea (erat). Quod audiverunt Philisthaei; Schaul autem clanxit bucina in universa terra, dicendo: audiant Hebraei, 1. L. Schemuelis 13:1...3.

Fuerunt autem filii Schaulis, Jonathan & Jischvi & Malkischua; nomen vero duarum filiarum ejus, nomen (inquam) primogenitae, Merab & nomen minoris nata Michal, 1. L. Schemuelis 14:49.

Schemuel jussit, ut Schaul Amalekitos deleret....Schaul eos vicit, sed regi Agago et cuidam parti pecoris pepercit. Quamobrem Jehovah Schauli succensuit....

Dixit tamen Schemuel ad Schaulem; non revertar tecum; quia repudiasti verbum Jehovae, & repudiavit te Jehovah, ut non sis rex super Israëlem....Deinde abivit Schemuel Ramam. Schaul autem ascendit ad domum suam (in) Gibeam Schaulis. Neque addidit Schemuel videre Schaulem usque ad diem mortis suae: quia luxit Schemuel super Schaule: verum Jehovam poenituit quod regem fecisset Schaulem super Israëlem, 1. L. Schemuelis 15:1—9 ..22, 23, 26....34, 35.

Quare misit & adduxit eum; erat (David) autem rubicundus, simul(que) pulcher oculis, & bonus aspectu. Tum dixit Jehovah; Surge, unge eum; quia hic ille (est). Sumpsit itaque Schemuel cornu olei, unxitque eum in medio fratrum ejus: venit autem Spiritus Jehovae super Davidem a die hoc & deinceps. Mox surrexit Sche-

äüne
ante n.

muel, & abivit Ramam. Contra Spiritus Jehovae recessit a-cum Schaule: & perturbavit eum spiritus malus a-cum Jehovah. ...Cumque responderet unus de ministris, diceretque; ecce, vidi filium (qui) Iischajo Bethlechemitae, peritum pulsare, & fortem robore, & virum belli, & prudentem rerum, & virum formae (pulchrae) (est)que Jehovah cum ipso: Misit Schaul legatos ad Iischajum, dixitque; mitte ad me Davidem, filium tuum, qui apud gregem (est), 1. L. Schemuelis 16:12—14..16..18, 19.......

Surrexit David, abivitque ipse & viri ipsius ac cecidit de Philisthaeis ducentos viros.....

Et dedit quidem ei Schaul Michalem, filiam suam, in uxorem. Sed ubi vidit Schaul cognovitque, quod Jehovah cum Davide, & Michal, filia Schaulis adamaret eum. Addidit Schaul timere sibi a Davide magis; ideo fuit Schaul hostis Davidis omnibus diebus, 1. L. Schemuelis 18:27.. ..28, 29.

Postea mortuus est Schemuel, congregatique sunt universus Israël, & luxerunt eum ac sepeliverunt eum in domo ejus in Ramah. David autem surrexit, & descendit in desertum Paran, 1. L. Schemuelis 25:1.

Caeterum Philisthaei proelium commiserunt cum Israële: fugerunt autem viri Israëlis coram Philisthaeis, cecideruntque confossi in monte Gilboa. Persecuti vero sunt Philisthaei (imprimis) Schaulem & filios ejus; percusseruntque Philisthaei

anno ante n. Chr.

Jonathanem; & Abinadabum, & Malkischuam, filios Schaulis . . . . . . . . . . . . . . . .

Ita mortuus est Schaul & tres filii ejus, & armiger ejus; etiamque omnes viri ejus in die isto simul, 1. L. Schemuelis 31:1,2 . . . .6. 1012.

Postero autem die factum est, ut venirent Philisthaei, ad exuendum confossos. Cumque invenirent Schaulem & tres filios ejus, jacentes in monte Gilboa . . . . Ossa vero eorum sumpserunt (cives Jabesch Gileadis), & sepeliverunt sub luco in Jabesch, jejunaveruntque septem diebus, 1. L. Schemuelis 31:8. . . .13.

Filius quadraginta annorum (fuit) Ischboschetus, filius Schaulis, cum rex fieret super Israëlem & duobis annis regnavit. 1012—1010.

Sed domus Jehudae fuerunt post Davidem. Fuit autem numerus dierum quibus fuit David rex in Chebron super domum Jehudae; septem anni & sex menses, 2. L. Schemuelis 2:10, 11. 1012—1004.

In Acta Apostolorum 13:20 Paulus dicit, filios Israëlis judices quasi annos quadringentos et quinquaginta habuisse.

Sebastian Schmidius (auctor 32) censet, voces Pauli ita explicandas esse, ut Moscheh judex primus et David judex ultimus fuissent, et ut David judex esse desineret a tempore, quo omnem Israëlem collegit et in Hierosolyma habitavit, viz. 1004.

Observandum est, quod 1448 minus 1004 = 444 (quasi 450).

In Acta Apostol. 13:22 Jehovah Davidem »virum secundum cor Meum, qui

anno
ante n. C

faciet omnes voluntates Meas« vocat. (Vide etiam 1. L. Schemuelis 13:14; 15:28 et 16:13!)

Filius triginta annorum (erat) David, 1012.
cum regnare coepit; quadraginta annis
regnavit, viz. 1012—97

In Chebrone regnavit super Jehudam
septem annis & sex mensibus, ac in Hiero- 1012—10
solyma regnavit triginta et tres annos su-
per totum Israëlem & Jehudam, 2. L. Sche- 1004—97
muelis 5:4—5. (Vide etiam: 1. L. Regum 2:11!)

— Introduxerunt autem Arcam Jehovae & statuerunt eam in loco suo intra tentorium, quod expanderat ei David; & ascendere fecit David holocausta coram Jehovah & Pacifica, 2. L. Schemuelis 6:17 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Postea cubuit David cum patribus suis,
sepultusque est in civitate Davidis (Zione). circiter

Schelomoh itaque sedit super throno
Davidis patris sui; stabilitumque est reg-
num ejus valde, 1. L. Regum 2:10, 12. 972—93

Schelomoh affinitate conjunctus est Pharaoni*), regi Aegypti: accepit namque filiam ejus, & adduxit in civitatem Davidis, donec compleret aedificans domum suam, & domum Jehovae, & murum Hierosolymae per circuitum, 1. L. Regum 3:1.

Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Aegypti, in anno quarto in mense

*) (Pesibkhenno II) (Vide: auct. 17!)

anno ante n. Chr.

Ziv, ipse est mensis secundus, regni Schelomonis super Israël, aedificare coepit domum Jehovae, 1. L. Regum 6:1. 969.

Anno quarto fundata est Domus Jehovae, in mense Ziv. Et in anno undecimo, mense Bul, qui est mensis octavus, perfecta est domus in omni opere suo, et in universis utensilibus suis: aedificavitque eam annis septem, 1. L. Regum 6:37—38. 969–962.

Domum autem suam aedificavit Schelomoh tredecim annis, & ad perfectum usque perduxit, 1. L. Regum 7:1. 962—949.

Expletis autem annis viginti, postquam aedificaverat Schelomoh duas domos, id est domum Jehovae & domum regis; Hiram, rege Tyri, praebente Schelomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum juxta omne quod opus habuerat, tunc dedit Schelomoh Hiram viginti oppida in terra Galilaeae, 1. L. Regum 9:10—11. 949.

Pharao*), rex Aegypti, ascendit & eepit Gezer, succenditque eam igni; & Chananaeum, qui habitabat in civitate, interfecit, & dedit eam in dote filiae suae, uxori Schelomonis. Aedificavit ergo Schelomoh Gezer & Beth horon inferiorem, 1. L. Regum 9:16—17.

Dies autem quos regnavit Schelomoh in Hierosolyma, super omnem Israël, quadraginta anni sunt. 972—932.

Dormivitque Schelomoh cum patribus suis & sepultus est in Civitate — Davidis, 932.

---

*) Secundum Breasted (auct. 4) nomen hujus regis Schischakus primus (I) fuit,

anno ante n. Ch

patris sui; regnavitque Roboam (Rechabeamus) filius ejus pro eo, 1. L. Regum 11 : 42—43.

| Tempus regni. anni. | Historia regni Jehudae. | 932—58 |
|---|---|---|
| | Tabula regum regni Jehudae. | |
| 17 | Rechabeamus, filius Schelomonis | 932—91 |
| 3 | Abijamus, filius Rechabeami | 915—91 |
| 41 | Asa, filius Abijami | 912—87 |
| 25 | Jehoschaphatus, filius Asae | 871—84 |
| 8 | Jehoramus, filius Jehoschaphati 849— | 846—84 |
| 1 | Achasjah, filius Jehorami | 842—84 |
| 6 | Athaljah, mater Achasjae | 841—83 |
| 40 | Jehoaschus, filius Achasjae | 835—79 |
| 29 | Amazjah, filius Jehoaschi | 795—76 |
| 52 | Asarjah, filius Amazjae 788—766—748— | 741—73 |
| | Asarjah (Uzziah) leprosus factus est | 748. |
| 16 | Jothamus, filius Ussijae 748—741— | 736—73 |
| 16 | Achasus, filius Jothami 741—736— | 732—72 |
| 29 | Chiskijah, filius Achasi | 726—69 |
| 55 | Menascheh, filius Chiskijae | 696—64 |
| 2 | Amon, filius Menaschae | 641—63 |
| 31 | Joschijah, filius Amonis | 639—60 |
| | Pascha factum est | 622. |
| 1/4 | Jehoachasus, filius Joschijae | 608. |
| 11 | Eljakimus (Jehojakimus), filius Joschijae | 608—5 |
| 1/4 | Jehojachinus, filius Jehojakimi | 597. |
| 11 | Matthanjah, patruus Jehojachini, (Zidkijah) | 597—5 |

Interea Rechabeamus, filius Schelomonis, regnavit in Jehuda: filius quadraginta & unius anni (fuit) Rechabeam, quum rex factus est; & septem decim annos regnavit in Hierosolyma, urbe quam elegit Jehovah, ut poneret Nomen Suum ibi, ex

932.

932—9

anno ante n. Chr.

omnibus tribubus Israëlis; matris vero ejus nomen, Naama, Ammonitis, 1. L. Regum 14:21.

Unde factum est in anno quinto, qui regi Rechabeamo; ascendit Schischakus, rex Aegypti, contra Hierosolymam. Qui sumpsit thesauros domus Jehovae, & thesauros domus regis; quin omnia (reliqua) sumpsit. Sumpsit etiam scuta omnia auri, quae fecerat Schelomoh, 1. L. Regum 14: 25—26. 928.

In muris templi magni in El-Karnak in Aegypto incisa sunt nomina nationum a Schischako victarum, inter quae »Jehuda« nominata est. (Vide: auct. 36 b!)

In anno ergo octavo decimo (qui) regi Jeroboamo, filio Nebati, rex factus est 915. Abijam super Jehudam. Tribus annis regnavit in Hierosolyma; nomenque matris 915—912. ejus, Maachah, filia Abischalomi, 1. L. Regum 15:1—2.

Occubuit tandem Abijamus cum patribus suis, sepeliveruntque eum in urbe Davidis ac regnavit Asa, filius ejus, loco ejus. In anno ergo vigesimo (qui) Jeroboamo, regi Israëlis, rex factus est Asa super Jehudam. 912.

Et quadraginta ac uno anno regnavit in Hierosolyma; nomenque (patris) matris 912—871. ejus (fuit) Maachah, filia Abischalomi, 1. L. Regum 15:8—10.

Asa vicit Serachum, regem Kuschiorum, in valli Zephathah apud Marescham; Vide: 2. L. Chronicorum 14:8—13!

Secundum 1. L. Regum 15:16—21 Asa,

anno
ante n. Ch

rex Jehudae, cum Benhadad, rege Syriae, contra Baëscham, regem Israëlis, foedus fecit. (Vide etiam: 2. L. Chronic. 16:1—5!)

Tandem occubuit Asa cum patribus suis & sepultus est cum patribus suis in urbe Davidis, patris sui; regnavit autem Jehoschaphatus, filius ejus, loco ejus, 1. L. Regum 15:24. 871.

At Jehoschaphatus, filius Asae, regnavit super Jehudam in anno quarto (qui) Achabo (filio Omrii), regi Israëlis; Jehoschaphatus (hic fuit) filius triginta & quinque annorum, cum rex factus est; & viginti quinque annis regnavit in Hierosolyma; nomenque matris ejus Asubah, filia 871—84
Schilchii, 1. L. Regum 22:41, 42.

Postea cubuit Jehoschaphatus cum patribus suis, et sepultus est cum patribus suis in urbe Davidis, patris sui; regnavit autem Jehoramus, filius ejus, loco ejus, 1. 846.
L. Regum 22:51.

In 2. L. Regum 8:15 de morte Benhadi narratur et dicitur Hazaelem regem Syriae post eum factum esse. Caeterum in anno quinto Jehorami, filii Achabi, regis Israëlis, quum Jehoschaphatus (adhuc esset) rex Jehudae, regnavit Jehoramus, filius Jeho- 849.
schaphati, regis Jehudae. Filius triginta & duorum annorum fuit, cum rex fieret, & octo annis regnavit in Hierosolyma, 2. L. Regum 8:16, 17. 849—846—

Edom, quam terram David rex subegerat (Vide: 2. L. Schemuelis 8:14!), rebellavit contra Jehoramum, filium Jehoschaphati,

anno ante n. Chr.

regem Jehudae, et regem proprium accepit. (Vide: 2. L. Regum 8:20!)

Cubuit itaque Jehoramus cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis in urbe Davidis; regnavit autem Achasjah, filius ejus, loco ejus.

In anno duodecimo (qui) Jehoramo, filio Achabi, regi Israëlis, regnavit Achasjah, filius Jehorami, regis Jehudae. Filius viginti & duorum (erat) Achasjah, cum
rex fieret et annum unum regnavit in 842—841.
Hierosolyma: nomen autem matris ejus Athaljah, filia (filii) Omrii, regis Israëlis, 2. L. Regum 8:24—26.

Cum vero Achasjah, rex Jehudae, vidit, fugit via domus horti: sed persecutus est post eum Jehu dixitque; Etiam hunc percutite super curru, in ascensu Gur, qui apud Jibleam; fugit tamen Megidduntem (percussus) ubi mortuus est. Tum vexerunt eum in curru servi ejus Hierosolymam, sepeliveruntque eum in sepulchro ejus cum
patribus ejus in urbe Davidis .......... 841.

In anno autem undecimo annorum (qui erant) Jehoramo, filio Achabi, rex factus est Achasjah super Jehudam, 2. L.
Regum 9:27—29. 842.

Accepit tamen Jehoscheba, filia regis Jehorami, soror Achasjae, Jehoaschum, filium Achasjae & suffurata est eum e medio filiorum regis occisorum; ipsum & nutricem ejus, in conclavi lectorum: absconderuntque eum coram Athalja, ut non occisus sit. Fuit autem cum ea (in) domo Jehovae absconsus sex annis: interea Athal-

anno ante n. C

jah regnabat super terram, 2. L. Regum 11:2—3. 841—83

Filius septem annorum Jehoaschus, cum regnaret, 2. L. Regum 11:21. 835.

In anno septimo Jehu, rex factus est Jehoaschus & quadraginta annos regnavit in Hierosolyma: nomen autem matris ejus Zibjah de Beerscheba, 2. L. Regum 12:1. 835—79

Tunc ascendit Chasaël, rex Syriae, & pugnabat contra Geth cepitque eam: & direxit faciem suam ut ascenderet in Hierosolymam. Quam ob rem tulit Jehoaschus, rex Jehudae, omnia sanctificata, quae consecraverant Jehoschaphatus & Jehoramus, & Achasjah, patres ejus, reges Jehudae, & quae ipse obtulerat: & universum aurum quod inveniri potuit in thesauris templi Jehovae & in palatio regis; misitque Chasaëli, regi Syriae, & recessit (hic) a Hierosolyma..... Insurrexerunt vero servi ejus, & conjuraverunt conjurationem: ac percusserunt Jehoaschum (in) domo Millo, quae descendit ad Sillam. Nimirum.... servi ejus percusserunt eum, ut moreretur: sepeliverunt autem eum cum patribus ejus in urbe Davidis: ac regnavit Amazjah, filius ejus, loco ejus, 2. L. Regum 12:17, 18...20...21. 795.

In anno secundo Joaschi, filii Jehoachasi, regis Jsraëlis, regnavit Amazjah, filius Jehoaschi, regis Jehudae. Filius viginti & quinque annorum fuit, cum rex factus est: & viginti ac novem annos regnavit in Hierosolyma: nomen autem matris ejus Jehoaddan de Hierosolyma..... 795—76

Tunc misit Amazjah legatos ad Joaschum, filium Jehoachasi, filii Jehu, regem Israëlis, dicendo: Ito, ut videamus invicem facies .... Verum non obedivit Amazjah: ideo ascendit Joaschus, rex Israëlis, videruntque invicem facies; ille & Amazjah, rex Jehudae, in Bethschemesch quae Jehudae (est). Sed percussus est Jehudah coram Israële; fugeruntque vir in tentoria sua; Amazjam autem regem Jehudae, filium Jehoaschi, filii Achasjae, cepit Joaschus, rex Israëlis, in Bethschemesch .......................

Vixit vero Amazjah, filius Jehoaschi, rex Jehudae, post mortem Joaschi, filii Jehoachasi, regis Israëlis quindecim annis
usque ad (2. L. Regum 14:1, 2...8...11, 766.
12, 13...17).

Acceperunt autem omnis populus Jehudae Asarjam, cum hic (esset) filius sedecim
annorum & fecerunt eum regem, loco pa- 788.
tris ejus, Amazjae. Hic aedificavit Elathem, & restituit eam Jehudae, postquam occubuisset rex cum patribus suis, 2. L. Regum 14:21, 22.

In anno vigesimo septimo anno (qui) Jeroboamo secundo, regi Israëlis, rex factus est Asarjah, filius Amazjae, regis Jehudae.

Filius sedecim annorum fuit, cum rex factus est & quinquaginta duos annos regnavit in Hierosolyma; nomenque matris ejus Jecholjah de Hierosolyma, 2. L.
Regum 15:1, 2. 788—766—748—741—736

Percussit tamen Jehovah regem, ut es-
set leprosus usque ad diem mortis suae, 748.

anno
ante n. Chr.

habitavitque in domo dimissionis; interea Jothamus, filius regis (qui) super domo, judicans (erat) populum terrae, 2. L. Regum 15:5.

In relatione, quam Thiglath — Pileser III (= Phul) (regnavit 745—727 secundum auctorem 20.) scripsit, Alrian (i. e. Asarjah) Assyriae tributum soluisse dicitur sicut foederatus ejus, Emil, rex Hamathi. 738.

Occubuit itaque Asarjah cum patribus suis, sepeliveruntque eum cum patribus ejus in urbe Davidis: regnavit autem Jothamus, filius ejus, loco ejus, 2. L. Regem 15:7. 736.

In anno secundo (qui) Pekacho, filio Remaljae, regi Israëlis, regnavit Jothamus, filius Ussijae, regis Jehudae. 748—741—736—73

Filius viginti & quinque annorum fuit, quum regnaret & sedecim annos regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus Jeruscha, filia Zadoki, 2. L. Regum 15: 32, 33.

In diebus illis cepit Jehovah mittere in Jehudam, Rezinem, regem Syriae & Pekachum, filium Remaljae.

Occubuit itaque Jothamus cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis in urbe Davidis, patris sui, regnavit autem Achasus, filius ejus, loco ejus, 2. L. Regum 15:37, 38. 732.

In anno (ultimo) septendecim annorum (qui) Pekacho, filio Remaljae: rex factus est Achasus, filius Jothami, regis Jehudae. Filius viginti annorum (erat) Achasus, cum rex factus est; & sedecim annos regna-

anno
ante n. Chr.

vit in Hierosolyma: sed non fecit rectum in oculis Jehovae, Dei sui, sicut David, pater ejus, 2. L. Regum 16:1—2. 741—736—732—726

Tunc ascendit Rezin, rex Syriae, & Pekah, filius Remaljae, rex Israëlis, in Hierosolymam ad proeliandum: cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rezin, rex Syriae, Elathem Syriae, & ejecit Judaeos de Elathe; & Idumaei venerunt in Elathem, & habitaverunt ibi usque in diem hanc. Quare misit Achasus (Assyrii eum nominant Jauchazi de Jaudai.) legatos ad Thiglath — Pileserem III (Phul) (regnavit 745—727, vide: auct. 33 a!), regem Assyriae, dicendo: servus tuus et filius tuus ego; ascende & libera me e manu regis Syriae, & e manu regis Israëlis, insurgentium contra me.

Accepit autem Achasus argentum & aurum, inventum (in) domo Jehovae, & in thesauris domus regis; misitque regi Assyriae muneri. Obedivit itaque ei rex Assyriae; ascenditque rex Assyriae contra Damascum ac cepit eam, & transtulit eam in Kirem: at Rezinem occidit, 2. L. Regum 16:5—9. (Vide: auct. 33 a!) circiter 735

Occubuit itaque Achasus cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis, in urbe Davidis: regnavit autem Chiskijah, filius ejus, loco ejus, 2. L. Regum 16:20. Caeterum factum est in anno tertio (qui) Hoscheae, filio Elae, regi Israëlis: rex factus est Chiskijah, filius Achasi, regis Jehudae, 2. L. Regum 18:1. 726.

anno
ante n. C

Filius viginti quinque annorum fuit, cum Chiskijah rex factus est, & viginti ac novem annos regnavit in Hierosolyma; 726—69
nomenque matris ejus, Abi, filia Sacharjae, 2. L. Regum 18:1, 2.

At in quarto decimo anno (qui) regi Chiskijae, ascendit Sancheribus, rex Assyriae, contra omnes urbes Jehudae munitas, cepitque eas, 2. L. Regum 18:13 et 713.
Esajas 36:1.

Quare dedit Chiskijah (regi Assyriae) omne argentum inventum (in) domo Jehovae & in thesauris domus regis, 2. L. Regum 18:15.

Misit autem rex Assyriae, Tharthan & Rabsaris, & Rabsacem de Lachis, ad regem Chiskijam, cum manu valida, Hierosolymam, 2. L. Regum 18:17 (Vide etiam: Esajas 36:2!).

Misit autem Esajas, filius Amozi ad Chiskijam, dicens..... Tibi autem (Chiskijae) hoc erit signum: Come de hoc anno, quae repereris, in secundo autem anno, quae sponte nascuntur, porro in tertio anno, seminate & metite; plantate vineas, & comedite fructum earum..... Factum itaque est in nocte ista: exivit Angelus Jehovae, percussitque in castris Assyriorum centum octoginta & quinque millia (virorum) unde quando surrexerunt mane, ecce, omnes isti (erant) cadavera mortua. Quare profectus est, abivitque, ac reversus est Sancheribus, rex Assyriae, mansitque in Niniveh. Ubi factum est; (cum) ille (esset) incurvans se (in) domo Nisrochi, dei sui,

anno ante n. Chr.

Adrammelech & Scharezer, filii ejus, percusserunt eum gladio; illi autem evaserunt (in) terram Ararat (Vide: auct. 20!): at regnavit Asarhaddon, filius ejus, loco ejus, 2. L. Regum 19:20....29....35, 36, 37; (Vide etiam: Esajas 37:21....30....36, 37, 38!) 681

Annus 713 praecessit annum jubilaei 712, nam 1448 minus 713 = 735 = 15 × 49.

Vide: Levit. 25:11—12, 2. L. Regum 19:29 et Esajas 37:30!

Auctor 37 scribit in »Arcana Coelestia« 493 »quod jubilaeum quovis quadragesimo nono anno proclamaretur, et quinquagesimo celebraretur.«

Auctor 37 in »Apocalypsis Explicata«, Caput 11, Vers 8, Pag. 1725 vocat Sancheribum »praefectum regis Assyriae.«

Secundum Aage Schmidt (auct. 31) sculptura reperta est, quae Sancheribum praedam in Lachis in Palaestina capientem repraesentat. (Vide: 2. L. Regum 18:14—16!)

Secundum prof. Valdemar Schmidt (clarissimus Aegyptologus) (auctor 33 a) Sargon 722—705 et Sancherib 705—680 reges Assyriae fuerunt. Quum Sargon cum Merodach—Baladan, qui 722—710 in Babylon regnavit, et cum aliis principibus aliarum terrarum multa bella gessit probabile est, Sancheribum patrem suum in his militiis adjuvisse et eum etiam quasi regem repraesentavisse. Quod Sancherib casum adversum suum in 713 celare voluerit, bene

anno ante n. Chr.

explicari potest nam reges Aegyptii et Assyrii (Vide: auct. 33 a!) in monumentis tantum victorias suas commemoraverunt.

In 2. L. Regum 19:9 et Esajas 37:9 dicitur, Thirhakam regem Aegypti (Aethiopiae) (Cusch) (Kusch) esse. Secundum Kittel (auct. 17) regnavit Sabako 713—701 et Sabataka 701—689 in Aegypto, sed secundum auctorem eundem Thirhaka, qui post 689 rex Aegypti factus est, verus rex (Aegypti) etiam 24 annis fuit, quibus Sabako et Sabataka reges Aegypti vocati sunt.

In diebus istis aegrotavit Chiskijah, ad moriendum: ideo venit ad eum Jeschajah, filius Amozi, propheta, & dixit ad eum; sic dixit Jehovah: praecipe domui tuae; quia moriens (eris) tu, neque vives.... . Addam etiam super dies tuos quindecim annos & e manu regis Assyriae liberabo te, & urbem hanc; & protegam urbem hanc propter Me, & propter Davidem, servum Meum, 2. L. Regum 20:1...6. In tempore illo misit Merodach-Baladan, filius Baladanis, rex Babelis, literas & munera ad Chiskijam: audiverat enim quod aegrotasset Chiskijah...Occubuit Chiskijah cum patribus suis, & regnavit Menascheh, filius ejus, pro eo, 2. L. Regum 20:12....21. (Vide: Esaj. 39:1!) — ≈ 711. — 696.

Filius duodecim annorum (fuit) Menascheh, quum rex factus est: ac quinquaginta & quinque annos regnavit in Hierosolyma, nomenque matris ejus Chephzibah, 2. L. Regum 21:1. — 696—641.

anno ante n. Chr.

In libello, in quo 22 principes recensi sunt, qui pecuniam in aerarium regum Asarhaddon (680—668) (Vide: auct. 20!) et Assurbanipal (667—626) (Vide: auct. 20!) mittere coacti sunt, commemoratur Menascheh, rex terrae Jehudae.

Secundum 2. L. Chronicorum 33:11. Menascheh in duabus catenis aereis vinctus Babelem abductus est. In Vers 13 narratur, eum postea ad Hierosolymam reductum esse. Occubuit ergo Menascheh
cum patribus suis, sepultusque est in horto 641.
domus suae, in horto Ussae, regnavit autem Amon, filius ejus, loco ejus. Filius viginti & duorum annorum (fuit) Amon,
cum rex factus est, & duos annos regnavit 641—639.
in Hierosolyma; nomenque matris ejus Meschullemeth, filia Cheruzi, de Jotha, 2. L. Regum 21:18, 19.

Conspirarunt vero servi Amonis contra
eum, occideruntque regem in domo ipsius. 639.
Percussit tamen populus terrae omnes conjuratos contra regem Amonem: & regnare fecerunt populus terrae Joschijam, filium ejus, loco ejus.....................

Sepeliverunt autem eum (Amonem) in sepulchro ejus in horto Ussae; regnavit ergo Joschijah, filius ejus, loco ejus, 2. L. Regum 21:23, 24...26.

Filius octo annorum Joschijah, cum rex factus est & triginta ac unum annum
regnavit in Hierosolyma: nomenque matris 639—608.
ejus Jedidah, filia Adajae de Bozkath. Fecit autem rectum in oculis Jehovae: dum ivit in omni via Davidis, patris sui, nec recessit

ann
ante n.

(ad) dextram vel sinistram. Caeterum factum est in octavo decimo anno (qui) regi 622
Joschijae; misit rex Schaphanem, filium Azaljae, filii Meschullami, scribam (in) domum Jehovae...... Tum dixit Chilkijah, Sacerdos magnus, ad Schaphanem scribam: Librum Legis (Vide: Deuteronomium, capita 4—31 et caput 32:1—47!) (Vide etiam: Exodus 34:10—27!) inveni in domo Jehovae, deditque Chilkijah librum Schaphani, qui legit eum, 2. L. Regum 22:1, 2, 3 ....8.

Postea praecepit rex omni populo, dicendo; facite Pascha Jehovae, Deo vestro; juxta (quod) scriptum super libro foederis hujus. Quia non factum est sicut Pascha hoc a diebus Judicum, qui judicarunt Israëlem, omnibus, inquam, diebus regum Israëlis, & regum Jehudae.

Verum in octavo decimo anno, (qui) 62
regi Joschijae, factum est Pascha hoc Jehovae in Hierosolyma, 2. L. Regum 23:21 —23.

In diebus illius ascendit Pharao, Necho II (Secundum Breasted (auct. 4) N. regnavit 609—593.), rex Aegypti, contra regem Assyriae (Nabopalassar), ad fluvium Euphratis; sed ivit rex Joschijah obviam illi:
qui vero occidit eum in Megiddo, cum 60
vidisset eum. Vexerunt autem eum (super) curru servi ejus mortuum a Megiddo, deduxeruntque eum Hierosolymam, ac sepeliverunt eum in sepulchro ejus: sumpsit vero populus terrae Jehoachasum, filium Joschijae, unxeruntque eum, ac regem fece-

anno ante n. Chr.

runt eum loco patris ejus. Filius viginti & trium annorum (erat) Jehoachasus, quum rex fieret; & tres menses regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus Chamutal, 608.
filia Jeremijae de Libna....... Sed vinxit eum Pharaoh Necho in Ribla, in terra Chamath, ut non regnaret in Hierosolyma: imposuitque mulctam super terram, centum talenta argenti, & talentum auri, 2. L. Regum 23:29—31....33.

Contra regnare fecit Pharao Necho Eljakimum, filium Joschijae, loco Joschijae, patris ejus; convertitque nomen ejus, Jehojakim; Jehoachasum autem cepit ac venit (in) Aegyptum, ubi mortuus est. At argentum quidem & aurum dedit Jehojakimus Pharaoni; verum tamen aestimavit terram, ut daret argentum juxta praeceptum Pharaonis: (a) viro juxta aestimationem ipsius exursit argentum & aurum, quoad populum terrae, ut daret Pharaoni Necho.

Filius viginti & quinque annorum (erat) Jehojakimus, cum rex fieret & undecim annos regnavit in Hierosolyma; nomenque 608—597.
matris ejus Sebuddah, filia Pedajae, de Rumah, 2. L. Regum 23:34—36.

In diebus ejus ascendit Nebucadnezar, rex Babelis; cui quum factus esset Jehojakimus servus tribus annis; reversus est, & rebellavit contra eum..... Occubuit itaque Jehojakimus cum patribus suis; regnavitque Jehojachinus, filius ejus, loco ejus. Exinde non addidit amplius rex Aegypti exire e terra sua; nam cepit rex Babelis a

ann[o]
ante n.

flumine Aegypti usque ad flumen Euphratis, (quoad) omne, quod fuit regi Aegypti. Rex Babelis vicerat Pharao Necho ad Carchemisch (Vide: Jerem. 46:2!) 604

Filius octodecim annorum (erat) Jehojachinus, cum rex fieret, & tres menses
regnavit in Hierosolyma: nomenque ma- 597
tris ejus Nechuschtha, filia Elnathanis de Hierosolyma, 2. L. Regum 24:1....6—8.

In tempore illo ascenderunt servi Nebucadnezaris, regis Babelis, Hierosolymam; venitque urbs in obsidionem. Cum itaque venisset Nebucadnezar, rex Babelis, contra urbem & servi ejus obsiderent illam,

Exivit Jehojachinus, rex Jehudae, ad regem Babelis ipse et mater ejus, & servi ejus, & principes ejus, & eunuchi ejus: accepit autem eum rex Babelis in anno
octavo, ex quo regnavit, viz. (Secundum 597
Canonem Ptolemaei Nebucadnezar regnavit 604—561.) (Vide etiam: Jeremias 25:1,3!) Insuper abduxit inde omnes thesauros domus Jehovae, & thesauros domus regis: amputavitque omnia vasa auri, quae fecerat Schelomoh, rex Israëlis, in templo Jehovae; sicut locutus erat Jehovah. Transportavit autem totam Hierosolymam, & omnes principes, & omnes potentes robore, decem millia migrantium & omnem fabrum claustrarios; non relictus est, nisi tenuitas populi terrae. Transportavit, inquam, Jehojachinum in Babelem; & matrem regis, & (omnes) uxores regis, & eunuchos ejus, & duces terrae duxit, captivitatem ex Hierosolyma in Babelem. Item

anno ante n. Chr.

omnes viros roboris, septem millia, & fabros atque claustrarios mille; omnes potentes, facientes bellum; quos duxit rex Babelis captivitatem in Babelem. Contra regnare fecit rex Babelis Matthanjam, patruum ejus, loco ejus: convertit autem nomen ejus Zidkijah, 2. L. Regum 24: 10—17.

Filius viginti unius anni (erat) Zidkijah, cum rex fieret; & undecim annos regnavit in Hierosolyma, nomenque matris 597—586.
ejus Chamutal, filia Jeremiae de Libnah, 2. L. Regum 24:18 et Jeremias 52:1.

Unde factum est in anno nono, ex quo regnavit, in mense decimo, in (die) decimo mensis venit Nebucadnezar, rex Babelis; ipse & omnis exercitus ejus, contra Hierosolymam & castra posuit contra illam aedificaruntque contra illam vallum circumcirca. Venit autem urbs in obsidionem usque ad undecimum annum, (qui) regi Zidkijae. In nono (die) mensis, cum invaluit fames in urbe, nec fuit panis populo terrae, perrupta est urbs & omnes viri belli (fugerunt) noctu (per) viam portae inter duos muros, qui apud hortum regis, Chaldaei autem (erant) contra urbem circumcirca. Abivit ergo (rex) via planitiei. Verum persecuti sunt exercitus Chaldaeorum post regem, & assecuti sunt eum in planitiebus Jerichuntis; omnis autem exercitus ejus dispersus est a-cum eo. Comprehenderunt itaque regem, & ascendere fecerunt eum ad regem Babelis in Riblam; ubi dictarunt illi judicium: Ita

anno ante n.

ut occiderint filios Zidkijae coram oculis ejus; oculos autem Zidkijae excaecaverit vinxeritque duabus catenis aereis & abduxerint eum (in) Babelem. Deinde in mense quinto, in septimo (die) mensis [hic (est) annus, (qui erat) nonus decimus, (qui) regi Nebucadnezari, regi Babelis] venit Nebusaradan, praefectus satellitum, servus regis Babelis, Hierosolyman. Et combussit domum Jehovae, & domum regis: & omnes domos Hierosolymae, omnemque domum magnam combussit igni. Et muros Hierosolymae in circuitu destruxit universus exercitus Chaldaeorum, qui erat cum principe satellitum, 2. L, Regum 25:1—10. (Vide etiam: Jeremias 52:4—14!) 586

---

## Historia regni Israëlis.

### Tabula regum regni Israëlis.

| Tempus regni. anni. | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 932— |
| 22 | Jeroboamus primus, filius Nebati | | 932— |
| 2 | Nadabus, filius Jeroboami | | 911— |
| 24 | Baëscha, filius Achijae | | 910— |
| 2 | Ela, filius Baëschae | | 887— |
| | Simri regnavit septem dies | | 88 |
| 6 | Thibnius, filius Ginathi | | 886— |
| 12 | Omrius, princeps exercitus | 886— | 881— |
| 22 | Achabus, filius Omrii | 876— | 875— |
| | Proelium apud Aphekam | | 85 |
| | Do. » Quarquar | | 85 |
| 2 | Achasjahus, filius Achabi | | 854— |
| 12 | Jehoramus, filius Achabi | 853— | 848— |
| | Achasjahus mortuus est | | 84 |

| regni. anni. | | | anno ante n. Chr. |
| --- | --- | --- | --- |
| 28 | Jehu, filius Jehoschaphati, filii Nimsi | 842— | 841—813. |
| 17 | Jehoachasus, filius Jehu | | 813—796. |
| 16 | Joaschus, filius Jehoachasi | 798— | 796—781. |
| 41 | Jeroboamus secundus, filius Joaschi | 792— | 781—750. |
| ½ | Secharjah, filius Jeroboami secundi | | 750—749. |
| | Schallum, filius Jabeschi, regnavit circiter mensem unum | | 749. |
| 10 | Menachemus, filius Gadii | | 749—738. |
| 2 | Pekachjah, filius Menachemi | | 738—736. |
| 20 | Pekachus, filius Remaljae | 749— | 736—729. |
| 9 | Hoschea, filius Elae | | 729—721. |

Quod attinet ad designationem annorum singulorum in duabus tabulis regum supra a me (auctore hujus operis) prolatis licet quinque annotationes subsequentes pronunciare:

1) Ptolemaeus in saeculo tertio post nativitatem Christi vivebat. Quod attinet ad principes Babylonios-Assyrios, Persicos, Macedonicos-Graecos et Romanos Canonem sic nominatum protulit qui secundum Ginzel (auct. 10) in Aegypto ortus est et ab antiquis chronologis et astrologis magna auctoritate praeditus fuit. Indicat tempus regni pro anno mobili Aegyptiorum a primo Thot ad primum Thot. Sic indicatur tempus regni Nebucadnezaris a 21. mensis Januarii 604 ad 10. mensis Januarii 561 secundum chronologiam Julianam. Non traditur quo tempore inter delationem priorem et posteriorem rex regnum suum vel inivit vel absolvit. Similiter e delationibus annorum

anno
ante n. C

singulorum in Sacra Scriptura dies certus regni regis alicujus non constat nisi auxilio astrologiae, quod modo extra ordinem fieri potest. Ut exemplo utar delationes sequentes comparandae sunt secundum

| chronologiam Aegyptiam | | chronologiam Julianam |
|---|---|---|
| 16. Payni 842 | = | 1. mensis Januarii 841. |
| 23. do. 814 | = | 1. do. do. 813. |
| 11. Epiphi 740 | = | 1. do. do. 739. |

2) Igitur non constat, quo tempore anni aliquis rex regnum suum inivit. Tamen e 2. L. Regum 8:25 et e 2. L. Regum 9:29 constat regnum Achasjae regis Jehudae (1 annum) in duobis annis 842 et 841 (sec. chronol. Julianam) disponendum esse. Similiter e 2. L. Regum 15:8 et 2. L. Regum 15:13 constat regnum Secharjae regis Israëlis (sex menses) in duobis annis 750 et 749 (sec. chronol. Julianam) disponendum esse.

3) Quum defertur — ut exemplo utar — aliquem regem 12 annos regnavisse, in casibus multis duntaxat 11 anni de initio regni regis subtrahendi sunt ut annus absolutionis regni ejusdem obtineatur. Haec regula sic valet ad delationes plurimas regni regum Israëlis. In casibus singulis 1 annus ad delationem diuturnitatis regni addendus est. Hoc valet ad delationem regni Chiskijae, regis Jehudae, et ad delationem regnorum Joaschi, Jeroboami secundi et Menachemi, regum Israëlis, quorum regni diuturnitas 29, 16, 41 et 10 anni fuisse dicitur. Quod attinet ad Menache-

mum e 2. L. Regum 15:17 et 2. L. Regum 15:22—23 constat. Ad Chiskijam et Jeroboamum secundum necesse est quod sic numeretur, quod alias indicationes a regibus regni unius ad reges regni alterius non consentaneae futurae sint. Joaschus, rex Israëlis, duos annos socius regni patris sui, Jehoachasi fuisse debet, quod alias delationes in 2. L. Regum 13:1 et 2. L. Regum 13:10 non consentaneae futurae sint.

4) Quum dicitur initium regni regis alicujus in anno certo temporis regni regis alii factum esse, plerumque sed not semper unus annus de numero annorum delato subtrahi debet.

5) Praeterea ut delationes Sacrae Scripturae consentaneae esse possent, proferendum est quod ponitur, reges plures, viz. Jehoschaphatum, Jehoramum, Amazjam, Asarjam, Jothamum, Achasum, Omrium, Achabum, Jehoramum, Jehoachasum, Joaschum et Jeroboamum secundum, in parte temporis regni sui cum uno socio aut pluribus sociis regnavisse. Item de Pekacho dicendum est, eum tempora regni Menachemi et Pekachjae usurpavisse. Confirmationem ulteriorem horum factorum invenies in opere, in 2 vol. in 1872 et 1877 edito, professoris Vald. Schmidt: Historia antiqua Assyriae et Aegypti sive disputationes historicae-geographicae de terris et populis testamenti antiqui.

---

anno
ante n. Ch

# Continuatio historiae regni Israëlis.

At vero Jeroboam, filius Nebat, cum adhuc esset in Aegypto profugus a facie regis Schelomonis, audita morte ejus, reversus est de Aegypto .................
Factum est autem, cum audisset omnis Israël, quod reversus esset Jeroboam, miserunt & vocaverunt eum congregato coetu,
& constituerunt eum regem super omnem 932.
Israëlem; nec secutus est quispiam domum Davidis, praeter tribum Jehudae solam, 1. L. Regum 12:2...20.

Aedificavit autem Jeroboam Sichem (Vide: L. Judicum 9:45!) in monte Ephraim, & habitavit ibi: & egressus inde aedificavit Penuel (Vide: L. Judicum 8:17!), 1. L. Regum 12:25.

At dies, quibus regnavit Jeroboamus,
(sunt) viginti & duo anni: & occubuit Jero- 932—91
boamus cum patribus suis: regnavitque Nadabus, filius ejus, loco ejus, 1. L. Regum 14:20.

Interea Nadabus, filius Jeroboami, regnavit super Israëlem in anno secundo, (qui agebatur) Asae regi Jehudae: regna-
vitque super Israëlem biennium .... Tum 911–91
occidit eum Baëscha, in anno tertio, (qui)
Asae, regi Jehudae: regnavitque loco ejus 910.
....Fuitque bellum inter Asam & Baëscham, regem Israëlis, cunctis diebus eorum.

In anno tertio, (qui) Asae, regi Jehudae, regnavit Baëscha, filius Achijae, super universum Israëlem in Thirzah, viginti et

anno ante n. Chr.

quatuor annos, 1. L. Regum 15:25...28... 32, 33. 910—887.

Occubuit ergo (quidem) Baëscha cum patribus suis, & sepultus est in Thirzah, ac regnavit Ela, filius ejus, loco ejus..... 887.
In anno vigesimo & sexto, anno (qui) Asae regi Jehudae, regnavit Ela, filius Baëschae, super Israëlem in Thirzah, biennium, 887—886
1. L. Regum 16:6...8.

Venit ergo Simri & percussit eum, ac occidit eum, in anno vigesimo & septimo, (qui) Asae, regi Jehudae; regnavitque loco ejus....In anno vigesimo & septimo, anno, (qui) Asae, regi Jehudae, regnavit Simri septem dies, in Thirzah. Populus autem castra habebant contra Gibbethonem, quae Philisthaeis. Cum ergo audiret populus, castra habentes, dicendo; conjuravit Simri, etiamque percussit regem. Regem fecerunt totus Israël Omrium, principem exercitus, 886.
super Israëlem, in die illo, in castris, 1. L. Regum 16:10...15, 16.

Tunc divisus est (quidem) populus Israël in binas partes, pars populi fuit post Thibnium, filium Ginathi, ad constituendum eum regem; pars vero post Omrium..................................

In anno trigesimo primoque anno (qui) Asae regi Jehudae, regnavit Omrius super Israëlem duodecim annis...........886—881—875.

In Thirzah regnavit sex annis. 1. L. 886—881
Regum 16:21...23.

Occubuit itaque Omrius cum patribus suis, sepultusque est in Samaria: ac regnavit Achabus, filius ejus, loco ejus. Cae-

anno ante n. C

terum Achabus, filius Omrii, rex factus est super Israëlem, in anno trigesimo & octavo, anno, (qui) Asae, regi Jehudae: regnavit autem Achabus, filius Omrii, super Israëlem in Samaria viginti & duobis annis, 1. L. Regum 16:28, 29. 876— 875—85

Dixit vero Elias Thisbita, de habitatoribus Gileadis, ad Achabum; Per vivum Jehovam, Deum Israëlis, coram quo sto; si fuerit annis his ros aut pluvia, nisi juxta os verbi mei, 1. L. Regum 17:1. circiter 861—85

Factum est autem (post) dies multos, ut verbum Jehorae fieret ad Eliam in anno tertio, dicendo: Abi, ostende te Achabo, ut dem pluviam super facies terrae . . . Ubi factum est septima (vice), ut dixerit; En! nubes parva sicut vola viri ascendens (est) e mari. Quare dixit, ascende, dic ad Achabum, alliga et descende, ne prohibeat te pluvia, 1. L. Regum 18:1 . . 44.

Et ait Jehovah ad eum: Vade et revertere in viam tuam per desertum in Damascum: cumque perveneris illuc, unges Chasaël in regem super Syriam. Et Jehu, filium (Jehoschaphati, filii) Nimschi, unges in regem super Israëlem; Elischa autem, filium Schaphati, de Abel-Mecholah, unge in Prophetam pro te. . . Ivit ergo inde, invenitque Elischam, filium Schaphati, cum ille arans (esset): duodecim juga ante ipsum erant, et ipse inter duodecim: praeterivit vero Elias praeter eum, et projecit togam super eum . . . deinde surrexit, ivitque post Eliam; et ministravit ei, 1. L. Regum 19:15, 16 . . . 19 . . . 21. circiter 8

Sed exivit rex Israëlis, ac percussit equos ac currus: percussit etiam in Syris stragem magnam. circiter 8

Verum enim vero accessit Propheta ille ad regem Israëlis, dixitque illi; Abi, corrobora te, et cognosce, ac vide id, quod sis facturus: quia circa revolutionem anni (denuo) rex Syriae (Benhadad II) ascendens (erit) contra te, 1. L. Regum 20:21, 22.

Unde factum est circa revolutionem anni, ut recenseret Benhadadus (II) Syros ascenderetque Aphekam in bellum cum Israële. . . . Cum itaque castra habuissent hi contra illos septem diebus; factum est die septimo, ut consereretur proelium (apud Aphekam), percuterentque filii Israëlis Sy- 856.
ros, centum millia peditum uno die . . . Qui (B. II) dixit ad eum (Achab); urbes, quas cepit pater meus (B. I) a — cum patre tuo (Omri) restituam; et plateas pones tibi in Damasco, quemadmodum posuit pater meus in Samaria. Iste (Achab): At ego cum foedere dimittam te; itaque pepigit cum eo foedus, dimisitque eum . . . At iste (Propheta) dixit ad hunc (Achab); Sic dixit Jehovah; propterea quod dimisisti virum devotionis Meae e manu; erit anima tua pro anima illius, et populus tuus pro populo illius. Sed abivit rex Israëlis ad domum suam alienatus et indignabundus. Ita venit in Samariam, 1. L. Regum 20:26 . . 29 . . 34 . . 42, 43.

Transierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israëlem. In anno autem tertio descendit Jehoschaphatus, rex Je- 854.

anno ante n. Chr.

hudae, ad regem Israëlis . . . Vocavit ergo rex Israëlis eunuchum quendam et dixit ei: Festina adducere Micham, filium Jemlae . . . Contradixt Michah; si redeundo redieris cum pace, non locutus est Jehovah per me. Porro dixit; audite populi omnes. Nihilominus ascendit rex Israëlis, et Jehoschaphatus, rex Jehudae, (ad) Ramoth Gileadis. (proelium apud Ramoth 854.) . . . 854.
Mortuus est autem rex (Achab), et perlatus est in Samariam, sepeliveruntque regem in Samaria . . . Sic cubuit Achabus cum pa- 854.
tribus suis: regnavit autem Achasjah, filius ejus, loco ejus . . . Achasjahus, filius Achabi, regnavit super Israëlem in Samaria, in anno septimo decimo, (qui) Jehoschaphato, regi Jehudae: regnavitque super Israëlem biennium. 1. L. Regum 22:1, 2 .. 9 .. 28, 29 .. 37 .. 40 .. 52. 854—853.

Schalmaneser II. (Secundum auctorem 20 hic rex regnavit 859—825.) vincit in proelio apud Quarquarem complures prin- 854.
cipes et inter eos Achab de Sirlai, id est: Achab de Israëli . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Itaque mortuus est (Achasjah) juxta 848.
verbum Jehovae quod locutus est Elias: regnavitque Jehoramus loco ejus, in anno secundo, (qui) Jehoramo filio Jehoschaphati, regis Jehudae: non enim fuit illi filius, 2. L. Regum 1:17. . . . Interea Jehoramus, filius Achabi, rex factus est super Israëlem in Samaria, in anno octavo decimo (qui) Jehoschaphato, regi Jehudae; regnavitque duodecim annis, 2. L. Regum 3:1. 853—848—841.

Ivit ergo rex Israëlis et rex Jehudae et rex Edomi circumiveruntque via septem dierum; cum non fuit aqua castris et bestiae quae sub pedibus eorum ... Dixitque (Elischa); sic dixit Jehovah; Faciendo (facite) vallem hanc foveis plenam. Sic namque dixit Jehovah; non videbitis ventum, neque videbitis pluviam; attamen vallis haec implebitur aquis; bibetisque vos, et jumenta vestra et bestiae vestrae. Quin leve est hoc in oculis Jehovae; dabit insuper Moabum in manum vestram ... Sed cum venerunt ad castra Israëlis; surrexerunt Israël, percusseruntque Moabum, ut fugeret coram iis. Percusserunt, inquam, in ea (terra) et quidam percutiendo Moabum. 2. L. Regum 3:9 ... 16—18 ... 24.

Post mortem Achabi Mesa, rex Moabi, Israëlem agressus est. Urbes in terra, quae tribui Rubenis et Gadis fuerat, a Moabitis expugnatae sunt, incolae caesi sunt et pro his immigraverunt coloni de Moab. Hac re Moab ad flumen Jabok amplificatum est.

Relatio Mesae de his victoriis in stela (stela Mesae) incisa est, quae in Diban (antiqua Dibon) inventa est, et cujus residua in Louvre Lutetiae Parisiorum ostentantur. (Vide: auct. 33, b!)

Factum tamen est postea, ut congregaret Benhadad, rex Syriae, universa castra sua ascenderetque ac obsideret Samariam. Facta autem est fames magna in Samaria ... Verum dixit Elischa; audite verbum Jehovae; sic dixit Jehovah; juxta tempus hoc cras Seah similae pro siclo, et duae

anno
ante n. Chr.

Seae hordeorum pro siclo (venibunt) in porta Samariae ... Factum, inquam, est, sicut locutus erat vir Dei ad regem dicendo: (Vide: supra!) 2. L. Regum 6:24—25 et 7:1 .. 18.

Caeterum Elischa locutus erat ad mulierem cujus revivificaverat filium, dicendo; Surge, et abi tu et domus tua, et peregrinare, ubi peregrinari licuerit tibi; quia vocavit Jehovah famem, etiamque veniet super terram septem annos ........circiter 850—844.

Surrexit itaque mulier, fecitque juxta verbum viri Dei, ivitque ipsa et domus ejus, ac peregrinata est in terra Philisthaeorum septem annis. Factum autem est, a fine septem annorum; reversa est mulier e terra Philisthaeorum et exivit ad clamandum ad regem, super domo sua, et super agro suo ... Ivit etiam (Achasjah) cum Jehoramo, filio Achabi in bellum contra Chasaëlem, regem Syriae, ad Ramoth Gileadis; cum percuterent Syri Jehoramum, 2. L. Regum 8:1—3 .. 28.

At Jehu (Vide: 1. L. Regum 19:16!) implevit manum suam arcu, percussitque Jehoramum inter brachia ejus, ut exiret telum e corde ejus: unde concidit in curru suo. Dixitque Jehu ad Bidkarem ducem: Tolle, projice eum in agro Naboth, 2. L. Regum 9:24, 25.

In 2. L. Regum 10:32—33 Jehu, rex Israëlis, a Chasaële, rege Syriae, victus esse dicitur, et narratur Chasaëlem partem terrae ad orientem Jordanis occupavisse. Schalmaneser II. (859—825) (Vide: auct. 20!)

anno ante n. Chr.

bellum cum Chasaële, rege Syriae, gessit. In anno 842 Jehu ad pecuniam in aerarium Schalmaneseris mittendum coactus est. 842.

Secundum auctorem 14, Howardy, G. (Effossiones in Assyria), in domu regia centrale Schalmaneseris secundi, quae in collibus Nimrudi a Layard anno 1846 post n. Christi effossa est, obeliscus magnus marmorius niger repertus est. (Hic obeliscus in The British museum in London ostentatur.) Sursum fuerunt quinque imagines nunciorum de gentibus diversis. Imago una nuncios demonstravit, qui munera de Jehu, regis Israëlis, attulerunt. In inscriptione cuneata Jehu filius Omrii nominatur. (Error regis Schalmaneseris, qui ignoravit, quo modo Jehu rex factus est.)

Cubuit itaque Jehu cum patribus suis, 813.
sepeliveruntque eum in Samaria: regnavitque Jehoachasus, filius ejus, loco ejus. Dies autem, quibus regnavit Jehu super Israëlem (sunt) viginti et octi anni in Samaria, 2. L. Regum 10:35, 36. 842—813.

In anno (extremo) viginti et trium annorum, (qui) Jehoascho, filio Achasjae, regi Jehudae, regnavit Jehoachasus, filius Jehu, super Israëlem in Samaria septendecim annos ... Tandem occubuit Jehoachasus 813—796.
cum patribus suis, sepeliveruntque eum in Samaria: regnavit autem Joaschus, filius ejus, loco ejus.

In anno (extremo) triginta et septem annorum, (qui) Jehoascho, regi Jehudae, regnavit Joaschus, filius Jehoachasi, super

ânnô ante n. Ch

Israëlem in Samaria sedecim annos 798—796—78
2. L. Regum 13:1 .. 9, 10.

Caeterum Chasaël, rex Syriae, oppressit Israëlem omnibus diebus Jehoachasi. Cum itaque mortuus esset Chasaël, rex Syriae, & regnaret Benhadadus, filius ejus, loco ejus: Reversus est Joaschus, filius Jehoachasi & recepit urbes e manu Benhadadi, filii Chasaëlis, (quas Chasaël ante ceperat e manu Jehoachasi, patris sui) bello: tribus vicibus percussit eum Joaschus & restituit urbes Israëlis, 2. L. Regum 13:22..24, 25.

Cubuit ergo Joaschus cum patribus suis; Jeroboamus (secundus) autem sedit super throno ejus, et Joaschus cum regibus Israëlis in Samaria sepultus est, 2. L. Regum 13:13. 781.

In anno quinto decimo, (qui) Amazjae, filio Jehoaschi, regi Jehudae, regnavit Jeroboamus (secundus), filius Joaschi, rex Israëlis, in Samaria quadraginta et unum annum.................................792—781—75
...Hic (tamen) restituit terminum Israëlis, inde, quo venitur Chamathem, usque ad mare planitiei ... restituit Damascum et Chamathem, (quae) Jehudae, pro Israële. Occubuit itaque Jeroboamus (secundus) cum patribus suis, cum regibus Israëlis; regnavit autem Secharjah, filius ejus, loco 750.
ejus, 2. L. Regum 14:23..25..28, 29.

In anno (ultimo) triginta & octo annorum Asarjae, regis Jehudae, rex factus est Secharjah, filius Jeroboami (secundi), super Israëlem in Samaria, sex menses ... 750—74
Unde conjuravit contra eum Schallum, fi-

anno
ante n. Chr.

lius Jabeschi, percussitque eum coram populo, occiditque eum; ac regnavit loco ejus. ... Schallum, filius Jabeschi, rex factus est in anno (ultimo) triginta & novem annorum, (qui) Uzziae (i. e. Asarjae), regi Jehudae, regnavitque mensem dierum in Samaria, 2. L. Regum 15:8..10..13. 749.

Ascendit enim Menachemus, filius Gadii, de Thirzah, venitque Samariam, ac percussit Schallumum, filium Jabeschi, in Samaria; occiditque eum ac regnavit loco ejus. ... In anno (ultimo) triginta & novem annorum, (qui) Asarjae, regi Jehudae, rex factus est Menachemus, filius Gadii, super Israëlem decem annis in Samaria...(Ideo) 749—738. venit Phul (Thiglath—Pileser III), rex Assyriae, contra terram: Sed dedit Menachemus Phuli mille talenta argenti, ut essent manus ejus cum ipso, ad firmandum regnum in manu ejus, 2. L. Regum 15:14..17..19.

In relatione, quam Thiglath—Pileser (III) de anno 738 scripsit, dicitur Th.—P. Me- 738. nachenum sibi tributum solvere coegisse.

Occubuit ergo Menachemus cum patribus suis; regnavit autem Pekachjah, filius ejus, pro eo. In anno (ultimo) quinquaginta annorum, (qui) Asarjae, regi Jehudae, rex factus est Pekachjah, filius Menachemi, super Israëlem, in Samaria, biennium.... 738—736. Sed conjuravit contra eum Pekachus, filius Remaljae, dux ejus tertianus, percussitque eum in Samaria in palatio domus regis cum Argobo & Arjeho & cum eo quinquaginta viri de filiis Gileaditarum; occidit inquam, eum, & regnavit loco ejus ... In

anno
ante n. Chr.

anno (ultimo) quinquaginta & duorum annorum, (qui) Asarjae, regi Jehudae, rex factus est Pekachus, filius Remaljae, super Israëlem in Samaria viginti annos, 2. L. Regum 15:22, 23..25..27 749—736—729.

In diebus Pekachi, regis Israëlis, venit Thiglath—Pileser (III (745—727) = Phul), rex Assyriae (Vide: 2. L. Regum 15:19!), cepitque Ijonem & Abel—Bethmaacham & Janocham, & Kedescham & Chazorem & Gileadem & Galilaeam, omnem terram Naphtali & captivos duxit eos in Assyriam. Deinde conjuravit conjurationem Hoschea, filius Elae, contra Pekachum, filium Remaljae, percussitque eum, ac occidit eum, & regnavit loco ejus in anno vigesimo, (qui) Jothamo, filio Ussijae, 2. L. Regum 15:29, 30. 729.

In anno duodecimo, (qui) Achaso, regi Jehudae, regnavit Hoschea, filius Elae, in Schomrone (Samaria) super Israëlem novem annos ........................ 729—721.

Contra eum ascendit Schalmaneser, rex Assyriae: factusque est ei Hoschea servus, & attulit ei munus. Sed deprehendit rex Assyriae in Hoschea conjurationem: miserat enim legatos ad Soum (possibiliter = Sabako), regem Aegypti, neque ascendere fecit munus regi Assyriae juxta annum in anno; quare comprehendit eum rex Assyriae, & vinxit eum (in) domo carceris. Insuper ascendit rex Assyriae in universam terram; ascenditque (usque) Schomronem (Samariam) & obsedit eam tres annos. 723—721.

In anno nono, (qui) Hoscheae, cepit rex Assyriae Samariam; & transportavit Israë-

anno ante n. Chr.

lem in Assyriam; habitare autem eos fecit in Chalach, & in Chabor, (ad) fluvium Gosan, & in urbibus Mediae, 2. L. Regum 17:1..3—6. (Vide etiam: 2. L. Regum 18:9—11!) Transportavit novas incolas in Samariam destructam, inter alias e Chut. (Vide: 2. L. Regum 17:24, 30, 31!) Schalmaneser mortuus est 722. Sargon II (722—705) obsidionem Samariae finivit. 721.

---o---

Factum est vero in anno tricesimo septimo transmigrationis Jehojachini, regis Jehudae, mense duodecimo, vicesima septima die mensis, sublevat Evilmerodach, rex Babylonis, anno, quo regnare coeperat, caput Jehojachini, regis Jehudae, de carcere. Et locutus est ei benigni, & posuit thronum ejus super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. Et mutavit vestes ejus, quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu ejus, cunctis diebus vitae suae, 2. L. Regum 25:27—29. Vide etiam: Jeremias 52:31—33! 561.

Secundum Canonem Ptotemaei Evilmerodach, qui in eodem Illoarudamos nominatur, in Babel regnavit .............. 561—560.

In anno primo Cyri, regis Persiae, ut impleretur verbum Jehovae ex ore Jirmejae, excitavit Jehovah spiritum Cyri, regis Persiae; ut pertransire faceret vocem per omne regnum suum, etiamque per scriptum, dicendo; sic dixit Cyrus, rex Persiae; omnia regna terrae dedit mihi Jehovah, Deus coelorum, & Hic mandavit mihi ut aedificem

anno ante n. Chr.

Ipsi domum, in Hierosolyma, quae in Jehudah (est), L. Esrae 1:1, 2. 538.

Praeterea rex Cyrus eduxerit vasa, Domus Jehovae, quae abduxerat Nebucadnezar ex Hierosolyma, ... sub manu Mithridatis Thesauri; numeravitque ea Scheschbazaro*), principi, (qui) Jehudae (erat). L. Esrae 1:7..8.

Cum autem advenisset mensis septimus, et filii Israëlis (essent) in urbibus (suis), congregati sunt populus, sicut vir unus, ad Hierosolymam ... Jeschua, filius Jozadak, & fratres ejus, Sacerdotes, & Serubabel, filius Schealthielis, ac fratres ejus, aedificaruntque altare Dei Israëlis ad offerendum super eo holocausta. ... Feceruntque festum Tabernaculorum ... A die primo mensis septimi, inceperunt offerre holocausta Je- 538.
hovae: templum tamen Jehovae nondum fundatum erat. L. Esrae 3:1..2..4..6.

In anno vero secundo, ex quo venerunt 537.
ad domum Dei Hierosolymam, in mense secundo, ceperunt ... omnes, qui venerunt de captivitate Hierosolymam, constitueruntque Levitas, a filio viginti annorum & supra, praeesse operi domus Jehovae L. Esrae 3:8.

Sed hostes Jehudae & Benjaminis (Samaritae), ... (posteri eorum) quos Esar Chaddon (Asarhaddon), rex Assyriae (681—668), in terram ascendere fecerat (Vide: 2. L. Regum 17:24—41!) ... perturbabant eos in aedificando ..... domum Jehovae

*) S. sentitur Serubabel esse.

... Conducebantque contra eos consiliarios, ad irritum reddendum consilium eorum, omnibus diebus Cyri, regis Persiae, usque ad regnum Darii, regis Persiae (521—485), L. Esrae 4:1..2..4, 5.
Tum (ergo) cessavit opus domus Dei, quae in Hierosolyma; & fuit cessans usque ad annum secundum regni Darii, regis Persiae, L. Esrae 4:24.

Prophetaverunt autem Haggai propheta (1:1, 14, 15 et 2:1..10) et Sacharias. filius Iddo, (1:1 et 7:1.) prophetantes ad Judaeos, qui erant in Jehuda & Hierosolyma in nomine Dei Israëlis. Tunc surrexerunt Serubabel, filius Schealthielis, & Jeschua, filius Jozadak: et coeperunt aedificare templum Dei in Hierosolyma, et cum iis prophetae Dei adjuvantes eos, L. Esrae 5:1, 2.

Tum Darius rex disposuit decretum, ut inquirerent in domo librorum (archivorum) quo thesauros descendere faciebant in Babel. Et inventum est in Ecbatanis, quod est castrum, in Media provincia, volumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius.

Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit, ut domus Dei aedificaretur, quae est in Hierosolyma, in loco ubi immolant hostias; & ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorem sexaginta et latitudinem cubitorum sexaginta, L. Esrae 6:1—3.

Itaque seniores Judaeorum aedificabant & feliciter pergebant per prophetiam Chaggaj, prophetae, & Sacharjae, filii Iddonis:

anno ante n. Chr.

aedificarunt, inquam, & perfecerunt, ex decreto Dei Israëlis, & ex decreto Cyri, et Darii & Artachschachtae, regis Persiae. Absolutaque est domus haec usque ad diem tertium mensis Adar (m. duodecimi): qui erat annus sextus regni Darii regis. Postea fecerunt filii Israëlis, Sacerdotes & Levitae, & reliqui filii migrationis initiationem domus Dei hujus cum gaudio, L. Esrae 6:
14—16. 516.

In »Arcana Coelestia« (auct. 37) 1. Vol. pag. 279 (Genesis, caput septimum) legitur: »Vastatio repraesentata erat per annos captivitatis (a. septuaginta); principium novae Ecclesiae repraesentatum erat per liberationem et reaedificationem Templi.«

Ex Jeremias 25:9—12, Daniel 9:1—2 & Sacharias 1:7—17 & 7:5 hoc factum elucet, septuaginta annos, quos exsilium populi Israëlis in Babel duravit, ab anno 586 (destructione templi primi in Hierosolyma) ad annum 516 (perfectionem et initiationem templi secundi in Hierosolyma) numerandos esse (auctor hujus operis).

Deinde fecerunt filii migrationis Pascha in quarto decimo (die) mensis primi ... Sed celebrarunt festum azymorum septem diebus cum gaudio: quia gaudum fecit ipsis Jehovah, dum convertit cor regis Assyriae ad eos, ad confirmandum manus eorum in opere domus Dei, Dei Israëlis, L.
Esrae 6:19 .. 22. 515.

Post haec autem verba in regno Artaxerxis (Secundum Canonem Ptolemaei A. I regnavit 464—424.), regis Persarum, Esra (qui in gentili decimo sexto originem suam

ab Aaron sacerdote duxit) ascendit ... de Babel, & ipse scriba velox in lege Moschae, quam Jehovah, Deus Israëlis, dedit: & dedit ei rex secundum manum Jehovae Dei ejus, super eum, omnem petitionem ejus. Et ascenderunt de filiis Israëlis, & de filiis sacerdotum, & de filiis Levitarum, & de cantoribus, & de janitoribus, & de Nathinaeis in Hierosolymam, in anno septimo Artachschachtae regis. Venit autem Hierosolymam in mense quinto [hic (erat) idem annus septimus regis]. Nam in primo (die) mensis primi ascensus (factus est) ex Babel: in (die) vero primo mensis quinti Hierosolymam, juxta manum Dei ipsius bonam super ipso, L. Esrae 7:1..6 –9. 458.

Verba Nechemjae, filii Chachaljae: Factum est in mense Chislev (Kislev)(m. nono) anno vigesimo (regni Artachschachtae), ut 446.
ego essem in Schuschan arcis ... Dixerunt mihi: Residui, qui residui sunt de captivitate, ibi in provincia, in magno malo & in ignominia (sunt) & murus Hierosolymae perruptus, portaeque ejus exustae igne, L. Nehemiae 1:1..3.

Post factum est in mense Nisan (m. primo) anno vigesimo Artachschachtae regis: vinum (erat) coram eo; & sumpsi vi- 445.
num deditque regi. [Non autem solebam tristis esse coram ipso] ... Tum dixit mihi rex, & regis uxor, sedens apud ipsum; quousque durabit iter tuum? Quando reverteris? Bonum itaque fuit coram rege, ut dimisseret me; postquam dedi ipsi tempus, L. Nehemiae 2:1..6. ...Quin etiam

anno ante n. Chr.

a die, quo praecepit mihi (rex), ut essem praefectus eorum in terra Jehudah, ab anno (scil.) vigesimo, usque ad annum trigesimum secundum Artachschachtae regis, (h. e.) annis duodecim, ego & fratres mei panem praefecti non comedi, L. Nehemiae 5:14. 445—433.

Sic absolutus est murus in vigesimo quinto (die mensis (i. e. m. sexti)) Elul; post quinquaginta duos dies, L. Nehemiae 6:15. 445.

Inveneruntque scriptum in Lege, quam praecepit Jehovah per manum Mosis, ut habitent filii Israëlis in tabernaculis in festo, in mense septimo (Tisri) ... Atque ita fecerunt totus coetus, reversi e captivitate, tabernacula, sederuntque in tabernaculis; cum non fecissent a diebus Joschuae, filii Nun, ita filii Israël, usque ad diem hanc; fuitque gaudium magnum valde. Legit vero (Esra) in Libro Legis Dei singulis diebus, a die primo usque ad diem ultimum, & fecerunt festum septem diebus; in die autem octavo (fuit) clausula pro more. L. Nehemiae 8:14...17,18. (Vide: Kittel auct. 17!) 445.

Postea in die vigesimo et quarto mensis hujus (m. septimi) (Tisri) congregati sunt filii Israëlis, in jejunio & in saccis & terra (erat) super illis, L. Nehemiae 9:1.

Sed in omni hoc non fui in Hierosolyma: quia in anno trigesimo seeundo Artachschachtae, regis Babel, veni ad regem: et in fine anni exoratus sum a rege. 432.

Cum itaque venirem Hierosolymam, &

intellexissem malum, quod fecit Eljaschib Tobijae, faciendo huic cellam in atriis domus Dei ... Praecepique, & emundaverunt gazophylacium: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus, L. Nehemiae 13:6,7..9.

Secundum Ginzel (auct. 10) chronologia Judaica et Israëlitica in quattuor aetates sequentes refertur:

1) E tempore antiquissimo ad Esram.
2) E Esra ad R. Juda kanasi (anno 170 post n. Chr.).
3) E R. Juda kanasi ad Hillelem (anno 359 post n. Chr.).
4) Chronologia praesens, a Hillele instituta. Haec postrema defectione solis 2. mensis Aprilis anno 219 post n. Chr. nititur. (Vide: Ginzel, auct. 10!)

In aetate prima festa sequentia fuerunt:

*Sabbata (dies Saturni)*, quisque dies septimus. (Vide: Exodus 20:8, 10 et 11!) Deinde:

1) *Dies festi Paschatis* die lunae plenae 14. mensis Abib (mensis spicei), et cum eodem conjunctum festum azymorum (i. e. panium infermentatorum) quod 7 dies permanebant, viz. de 15. ad 21. mensis Abib, uterque dies incl. (Vide: Numeri 28:16—25!)

2) *festum septimanarum* (messis primitiarum) sive festum hebdomadum (pro pentecoste celebratum). Hoc festum hebdomas septima e die festi Paschatis institutum est. (Vide: Deuteronomium 16:9—10!)

3) *festum tabernaculorum* (f. umbraculorum) (f. collectionis pomorum et uvarum)

anno ante n. Chr.

decimo quinto die mensis septimi septem dies celebratum est. (Vide: Leviticus 23: 34—39!)

Tribus vicibus quotannis apparebit omnis masculus coram Jehovah in Hierosolyma, viz. festo azymorum, f. septimanarum et f. tabernaculorum. (Vide: Deuteronomium 16:16!)

4) *festum reconciliationis,* quod die decimo mensis septimi celebratum est. (Vide: Levit. 16:29—34 et Num. 29:7—11!)

5) *festum bucinae (primus ineuntis anni dies)* primo die mensis septimi celebratum est (Vide: Levit. 23:24—25!)

Praescripta fuerunt quae sacrificia Jehovae die Sabbatae et diebus festorum supra delatorum facienda sunt, sed etiam die novae lunae, primo mensis unuscujusque sacrificia Jehovae fieri debuerunt. (Vide: Numeri 28:11—15!)

Conspectus falcis lunae primae in aetate prima per testationes secundum arbitrium statutus est. In aetate secunda synedrium fuit, quod arbitrium ultimum statuit. Ut annus lunae cum anno solis congruere posset, necesse fuit, mensem intercalarem post mensem ultimum interdum intercalari. Hoc probabiliter progrediente tempore octo annorum lunae ter factum est, propter quod circiter octo anni solis obtenti sunt.

In aetate prima nomina mensium originem a Phoenice duxerunt. In Sacra Scriptura Abib (primus) (Aprilis), Siv (secundus) (Majus), Ethanim (septimus) (October) et Bul (octavus) (November) commemoran-

anno
ante n. Chr.

tur, sed vulgo nomina numeralia ordinalia loco nominum adhibita sunt. Quum Israëlitae in terram Canaan e captivitate Babylonia reversi sunt, nomina sequentia adhibita sunt: 1) Nisan, 2) Ijar, 3) Sivan, 4) Tammuz, 5) Ab, 6) Elul, 7) Tisri, 8) Marcheswan, 9) Chislev, 10) Tebet, 11) Sebat et 12) Adar.

Tamen nomina numeralia ordinalia in calendario sacerdotali festorum servata sunt.

Praeter festa supra nominata *tria nova festa* et *quatuor dies jejunii* instituta sunt, viz.

1) *festum Purim* die decimo quarto mensis Adar. (Vide: L. Estheris 9:15—32!)

2) *festum consecrationis templi* die vicesimo quinto mensis Chislev. Octo dies celebratae sunt per vices annorum ab anno 165.
(Vide: 1. L. Machabaeorum 4:36—59.)

3) *Dies laeti Thorae* die vicemo tertio mensis Tisri. Hic dies festum umbraculorum subsecutus est.

In sabbata post festum umbraculorum lectio articulorum quinquaginta quatuor magnorum Legis confecta et denuo incepta est.

1) Dies decimus septimus mensis Tammuz (m. quartus) sicut dies jejunii vel dies lugubris celebratus est, quod necesse fuit sacrificium quotidianum eo die omitti in 586.
consequentia hujus eventus quod Nebucadnezar die novo mensis quarti Hierosolymam occupavit. (Vide: 2. L. Regum 25:3 et Jerem. 39:2 et 52:6!)

anno
ante n. Chr.

2) Die septimo mensis Ab (m. quinto)
combustio templi a Nebucadnezare incepta 586.
est. Haec combustio a die septimo ad
diem decimum permanebat, et in memoriam hujus eventus dies jejunii institutus est, qui hodie die nono celebratus est, quod hoc die destructio templi secundi a Tito in anno 70 post n. Christi incepta est.

3) Dies jejunii die decimo mensis Tebet (m. decimi) in memoriam hujus eventus celebratus est, quod Nebucadnezar hoc
die obsidionem Hierosolymae incepit. (Vide: 588.
Jerem. 52:4 et 2. L. Regem 25:1!)

4) Dies jejunii in memoriam homicidii praefecti Gedaliae. (Vide: 2. L. Regem 25:22, 25 et Jeremias 41:2!)

In utroque loco dies non defertur, sed Rabbini eundem diem tertium mensis Tisri (m. septimi) fuisse statuerunt.

Hic quatuor dies jejunii in Sacharias 8:19 ostentantur.

Probabile est, emigrationem Judaeorum e Palaestina in 586, quum Hierosolyma a Nebucadnezare destructa est, in Aegyptum
inferiorem factam esse. 586.

Ex Jerem. 44:1—30 evidens est, coetum Judaicum in Aegypto inferiore fuisse, quum Hophra (Apries) (qui secundum auct. 4 588—569 regnavit) »in manus hostium suorum« traditus est. Secundum Breasted (auct. 4) Amasis, qui 569—525 regnavit, seditionem militarem, quae contra Apriem facta est, oppressit, et postea Amasis cum Aprie regnavit, sed paulo post dissentiebant
et Apries in 569 mortuus est 569.

anno ante n. Chr.

Secundum Kittel (auct. 17) in 1904 in praesente Assuan (antiqua Syene in Aegypto superiore) reperta sunt decem volumina papyri cum literis Aramaeis. Inde evidens est, coetum Judaicum in insula Elephantine in anno 471 exsistere, et probabile est, 471.
eundem jam diu exstitisse, Kittel sentit ab anno 525, quum Cambyses Aegyptum occupavit. 525.

In archivo coetus ejusdem reperta sunt duo exempla petitionis, quae a Judaeis in Jeb (Syene) in anno decimo septimo Darii 407.
secundi (423—405), regis Persarum, ad Bagoam, praefectum Persicum in Hierosolyma transmissa est. A hoc praefecto petiverunt permissum aedificare denuo templum Jahu (Jahve = Jehovah), quod tribus annis ante destructum est.

Post Darium secundum regnum Persicum a regibus imbecillis gubernatum est, et Darius Codomannus, rex postremus Persarum, ab Alexandro magno victus est. Quum hic rex in anno 323 mortuus est, 323.
regnum magnum ejus in plures partes divisum est, quae a praefectis administratae sunt, dum praeses regni totius (Perdikkas et post mortem hujus Antipater) pro Alexandro, filio Alexandri magni, in possessione potestatis summae fuit. Post 306, quum 306.
Alexander juvenis interfectus est, se praefecti omnes reges vocaverunt.

Domus principum Seleucidum a Seleuco Nicatore in 312 fundata est et ad annum 65 312.
duravit. Reges Aegypti (Ptolemaei) ab anno 318 usque ad annum 301 quater Palaestinam 318–301.

anno ante n. Chr.

possidere tentaverunt sed exitus prosperus quotiescunque tempus exiguum durabat, et post proelium ad Ipsum in anno 301 Pa- 301
laestina Seleuco Nicatori adjudicata est. Interea circiter centum annis post hoc proelium inter Seleucides et Ptolemaeos successu variato de possessione Palaestinae pugnatum est, sed post proelium ad Panium Palae- 198.
stina definite Seleucidibus a Ptolemaeis tradita est.

In libro primo Machabaeorum ab imperio Graecorum anni numerantur, i. e. a vere (1. Nisan) 312, quum domus principum 312.
Seleucidum fundata est. (Vide supra!)

Antiochus Epiphanes, filius Antiochi regis, regnavit in anno centesimo tricesimo septimo regni Graecorum, 1. L. Machab. 1:11. 176.

Et constituit bellum contra Ptolemaeum (Philometor), regem Aegypti ... Et Antiochus, postquam percussit Aegyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno: ascen- 170.
dit Hierosolymam in multitudine gravi. Et praedatus est urbem et templum et abiit in terram suam. (Vide: 1. L. Machab, 1:21—24!)

Et post duos annos dierum die quinto decimo mensis Chislev (m. noni) quinto & quadragesimo & centesimo anno aedificavit 168.
rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei. 1. L. Machab. 1:57.

In diebus illis surrexit Mathathias, filius Johannis, filii Simeonis, sacerdos ex filiis Joaribi a Hierosolyma, & consedit in monte Modin: Et habebat filios quinque,

anno ante n. Chr.

Johannem, qui cognominabatur Chaddis: Et Simonem, qui cognominabatur Thassi: Et Judam, qui vocabatur Machabaeus: Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Jonathan, qui cognominabatur Apphus.

Mathathias et filii ejus et multi alii Israëlitae reliquerunt quaecunque habebant in civitate et fugerunt in montes. (Vide: L. Machab. 2!) 168.

Et appropinquaverunt dies Mathathiae moriendi, & dixit filiis suis:.... Nunc ergo o filii, aemulatores estote Legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum.... Et defunctus est anno centesimo & quadragesimo sexto: & sepultus 167.
est a filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin & planxerunt eum omnis Israël planctu magno, 1. L. Machab. 2:49 ...50...70.

Et surrexit Judas, qui vocabatur Machabaeus, filius ejus, pro eo.... Et congregavit Apollonius gentes & a Samaria virtutem multam & magnam, ad bellandum contra Israëlem. Et cognovit Judas, & exiit obviam illi: & percussit, & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt....Judas etiam vicit Seronem, principem exercitus Syriae....et exercitum ejus.... Et rex (Antiochus).... assumpsit partem exercitus....& exivit ab Antiochia, civitate regni sui, anno centesimo & quadragesimo septimo....et Lysias, 166.
quem rex in Antiochia reliquerat, elegit Gorgiam....Et assumpsit Gorgias quinque

anno ante n. Chr.

millia virorum, & mille equites electos et moverunt castra nocte . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Et facta est salus magna in Israël in die illa. . . . 1. L. Machab. 3:1 . . . 10, 11 . . . 13 . . . 37, 38; 4:1 . . . 25.

Et sequenti anno congregavit Lysias virorum electorum sexaginta millia et equitum quinque millia, ut debellaret eos. Et venerunt in Idumaeam, et castra posuerunt in Bethsura: et occurrit illis Judas cum decem millibus viris. . . . Et commiserunt proelium: & ceciderunt de exercitu Lysiae quinque millia virorum . . . . Dixit autem Judas, & fratres ejus: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renovare. . . . Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni (m. Chislev) centesimi quadragesimi octavi anni. . . . . . . 25 Chislev 165
. . . . Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum laetitia & sacrificium salutaris & laudis . . . 1. L. Machab. 4:28, 29 . . . 34 . . . 36 . . . 52 . . . 56. Judas vicit Idumaeos et Ammonitas et cum Simone, fratre suo, complures civitates expugnavit. (Vide: 1. L. Machab. 5!)

Et mortuus est . . . Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono, 1. L. Machab. 6:16. 164.

Anno centesimo quinquagesimo primo exiit Demetrius, Seleuci filius, ab urbe Roma. . . . et regnum in Antiochia occupavit. . . . Et misit rex Nicanorem in Hierosolymam cum exercitu magno. . . . Et commiserunt exercitus proelium tertia decima

anno ante n. Chr.

die mensis Adar: et contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in proelio. . . . Et laetatus est populus valde, & egerunt diem illam in laetitia magna, 1. L. Machab. 7:1. . .4. . .43. . .48. 162.

Et elegit Judas Eupolemum, filium Johannis, filii Jacob, & Jasonem, filium Eleazari, & misit eos Romam, constituere cum illis amicitiam & societatem, 1. L. Machab. 8:17.

Interea ut audivit Demetrius quia cecidit Nicanor, & exercitus ejus in proelio, apposuit & Bachidem & Alcimum rursum mittere in Judaeam, & dextrum cornu cum illis, 1. L. Machab. 9:1.

In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Hierosolymam. . . . Et ingravatum est proelium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Judas cecidit & caeteri fugerunt. Et Jonathan & Simon tulerunt Judam fratrem suum, & sepeliverunt eum in sepulchro patrum suorum in civitate Modin. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 161.

Et suscepit Jonathan tempore illo principatum, & surrexit loco Judae fratris sui . . . . Et exiverunt filii Jambri ex Madaba, & comprehenderunt Johannem (fratrem Jonathanis) & omnia quae habebat & abierunt habentes ea . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Et vindicaverunt vindictam sangvinis (Johannis) fratris sui: & reversi sunt ad ripam Jordanis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Et ceciderunt de parte Bachidis die illa mille viri: & reversi sunt in Hierosoly-

anno ante n. Chr.

mam, 1. L. Machab. 9:3...17—19...31 ...36...42...49, 50.

Et anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo praecepit Alcimus destrui muros domus sanctae interioris, et destrui opera prophetarum: et coepit destruere. In tempore illo percussus est Alcimus: et impedita sunt opera illius: et occlusum est os ejus, et dissolutum est paralysi, nec ultra potuit loqui verbum et mandare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno. 160.

Et vidit Bachides quoniam mortuus est Alcimus: et reversus est ad regem, et siluit terra Juda annis duobis, 1. L. Machab. 9:54—57.

Et secessit Jonathan et Simon et qui cum eo erant, in Bethbasi, quae est in deserto....Et cognovit Bachides....et castra posuit desuper Bethbasi et oppugnavit eam dies multos, et fecit machinas. Et reliquit Jonathan Simonem fratrem suum in civitate, et exiit in regionem, et venit cum numero....Simon vero, et qui cum ipso erant, exiverunt de civitate et succenderunt machinas. Et pugnaverunt contra Bachidem, et contritus est ab iis, et afflixerunt eum valde quoniam consilium ejus et congressus ejus inanis....ipse autem cogitavit cum reliquis abire in regionem suam. Et....Jonathan misit ad eum legatos componere pacem cum ipso et reddere ei captivitatem. Et reddidit ei captivitatem, quam prius erat praedatus de terra

anno ante n. Chr.

Juda, & conversus abiit in terram suam, & non apposuit amplius venire in fines ejus. Et cessavit gladius ex Israël, & habitavit Jonathan in Michmas, & coepit Jonathan ibi judicare populum & exterminavit impios ex Israël, 1. L. Machab. 9:62, 63... 64, 65, 67..68..69..70..72, 73. 158.

Et anno centesimo sexagesimo ascendit 153.
Alexander Balas, Antiochi Epiphanis filius: & occupavit Ptolemaidem, & receperunt eum, & regnavit illic. ... Et habitavit Jonathan in Hierosolyma & coepit aedificare & innovare civitatem ... Et scripsit epistolam, & misit ei secundum haec verba, dicens: Rex Alexander fratri Jonathani salutem ... Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuae, ut amicus voceris regis ... Et induit se Jonathan stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo in die solenni festi um- 153.
braculorum & congregavit exercitum et fecit arma copiosa ... Et congregavit rex Alexander exercitum magnum, & admovit castra contra Demetrium. Et commiserunt proelium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander & incubuit super eos. Et invaluit proelium nimis, donec occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa, 1. L. Machab. 10:1..10.. 17, 18, 20..21...48—50.

Et exivit Ptolemaeus de Aegypto, ipse & Cleopatra filia ejus, et venit Ptolemaidem anno centesimo sexagesimo secundo. Et 151.
occurrit ei Alexander rex, et dedit ei Cleopatram filiam suam et fecit nuptias ejus

anno ante n. Chr.

Ptolemaide, sicut reges, in magna gloria. Et scripsit rex Alexander Jonathani, ut veniret obviam sibi ... Et magnificavit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem & participem principatus. Et reversus est Jonathan in Hierosolymam cum pace & laetitia, 1. L. Machab. 10:57—59...65—66.

In anno centesimo sexagesimo quinto 148.
venit Demetrius, filius Demetrii, a Creta in terram patrum suorum. ... Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui praeerat Coelesyriae ... Jonathan elegit decem millia virorum et exiit a Hierosolyma, & occurrit ei Simon frater ejus in adjutorium. Et applicuerunt castra in Joppe & exclusit eum a civitate quia custodia Apollonii Joppe erat, & oppugnavit eam. Et exterriti, qui erant in civitate, aperuerunt ei, & obtinuit Jonathan Joppe. ... Et succendit Jonathan Aschdod & templum Dagonis, & civitates, quae erant in circuitu ejus ... Et reversus est Jonathan in Hierosolymam cum suis, habentibus spolia multa. Et factum est, ut audivit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Jonathanem, 1. L. Machab. 10:67, 69...74—76...84...87, 88.

Et regnavit Demetrius anno centesimo
sexagesimo septimo 146. 146.

...Et vocavit rex Judaeos in auxilium... Et occiderunt in illa die centum millia hominum ... Et Demetrius rex ... mentitus est omnia quaecunque dixit, & abalienavit se a Jonathane, & non retribuit ei secundum beneficia quae sibi tribuerat & vexa-

anno ante n. Chr.

bat eum valde. Post haec autem reversus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens: & regnavit & imposuit sibi diadema ... Et scripsit Antiochus adolescens Jonathani, dicens: Constituo tibi sacerdotium & constituo te super quatuor civitates, ut sis de amicis regis.... Et Simonem fratrem ejus, constituit ducem a terminis Tyri usque ad fines Aegypti ... Et exiit Jonathan .. & venit Ascalonem ... Et abiit inde Gazam .. & praedatus est eam. Et rogaverunt Gazenses Jonathanem, & dedit illis dextram ... & perambulavit regionem usque Damascum. Et audivit Jonathan, quod praevaricati sunt principes Demetrii in Cades quae est in Galilaea, cum exercitu multo, volentes eum removere a negotio regni. Et occurrit illis: fratrem autem suum Simonem reliquit intra provinciam. Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos. Et postulaverunt ab eo dextras accipere & dedit illis: & ejecit eos inde, & cepit civitatem, & posuit in ea praesidium. Et Jonathan & castra ejus applicuerunt ad aquam Genesareth ... Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reversus est Jonathan in Hierosolymam. (Vide: 1. L. Machab. 11!)

Et vidit Jonathan, quia tempus eum juvat, & elegit viros, & misit eos Romam statuere & renovare cum eis amicitiam. Et ad Spartiatas & ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam ... Rex Spartiatarum Oniares, Oniae sacerdoti magno

anno ante n. Chr.

salutem. Inventum est in scriptura de Spartiatis et Judaeis, quoniam sunt fratres, & quod sunt de genere Abraham ... Et vidit Tryphon, quia venit Jonathan cum exercitu multo, ut extenderet in eum manus & timuit ... et dixit Jonathani. ... Et nunc remitte eos in domos suas: elige autem tibi viros paucos qui tecum sint & veni mecum Ptolemaidem & tradam eam tibi & reliqua praesidia & exercitum & universos praepositos negotii & conversus abibo: propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitum & abierunt in terram Jehudae. Retinuit autem secum tria millia virorum, ex quibus remisit in Galilaeam duo millia: mille autem venerunt cum eo. Ut autem intravit Ptolemaidem Jonathan, clauseruut portas civitatis Ptolemenses, & comprehenderunt eum; & omnes qui cum eo intraverant gladio interfecerunt ...

Illi (viz. duo millia, vide: supra!) autem venerunt omnes cum pace in terram Jehudae, & planxerunt Jonathanem et eos, qui cum ipso erant, valde: & luxit Israël luctu magno. (Vide: 1. L. Machab. 12!)

Et audivit Simon, quod congregavit Tryphon exercitum copiosum ut veniret in terram Jehudae, & attereret eam: Videns quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Hierosolymam & congregavit populum ... Et responderunt voce magna, dicentes: Tu es dux noster, loco Judae & Jonathanis, fratris tui ... Et convertit Tryphon & abiit in terram suam. Et mi-

anno ante n. Chr.

sit Simon, & accepit ossa Jonathanis fratris sui & sepelivit ea in Modin civitate patrum ejus. ... Tryphon autem cum iter faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum. Et regnavit loco ejus, & imposuit sibi diadema Asiae, & fecit plagam magnam in terra ... Et elegit Simon viros & misit ad Demetrium regem, ut faceret remissionem regioni: quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant gesti. Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit epistolam talem: Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, & amico regum, & senioribus & genti Judaeorum salutem ... parati sumus facere vobiscum pacem magnam ... Munitiones quas aedificastis, vobis sint ... sit inter nos pax.
Anno centesimo septuagesimo ablatum est 143.
jugum Gentium ab Israële, Et coepit populus Israëlis scribere in tabulis & gestis publicis, »anno primo sub Simone summo sacerdote, magno duce, & principe Judaeorum« ... Qui autem erant in arce Hierosolyma ... clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperet: & dedit illis: & ejecit eos inde, & mundavit arcem a contaminationibus. Et intraverunt in eam tertia & vicesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude & ramis palmarum & citharis & cymbalis, & nablis & hymnis, & canticis, quia contritus est
inimicus magnus ex Israële. ... Et vidit 142.
Simon Johannem filium suum, quod vir esset: & posuit eum ducem virtutum uni-

anno ante n. Chr.

versarum, & habitavit tn Gazara. (Vide: 1. L. Machab. 13!)

Anno centesimo septuagesimo secundo congregavit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia ut expugnaret Tryphonem. 141.

Et audivit Arsaces, rex Persidis & Mediae, quia intravit Demetrius confines suos, & misit unum de principibus suis, ut comprehenderet eum vivum. Et abiit, & percussit castra Demetrii: & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam. Et siluit omnis terra Jehudae omnibus diebus Simonis, & quaesivit bona genti suae: & placuit illis potestas ejus, & gloria ejus omnibus diebus ... Et auditum est Romae quia defunctus esset Jonathan, & usque in Spartiatas, & constritati sunt valde. Ut audierunt autem quod Simon frater ejus factus esset summus sacerdos loco ejus, & ipse obtineret omnem regionem, et civitates in ea: Scripserunt ad eum in tabulis aereis, ut renovarent amicitias & societatem quam fecerunt cum Judas & cum Jonathane fratribus ejus. Et lectae sunt in conspectu ecclesiae in Hierosolyma. ....

Et hoc est exemplum scrlpturae: Octava decima die mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno; in Saramel, in conventu magno sacerdotum & populi & principium gentis & seniorum regionis, nota facta sunt haec: ... Et complacuit omni populo statuere Simon, & facere secundum 141.

anno ante n. Chr.

verba ista. Et suscepit Simon, et placuit ei, ut summo sacerdotio fungeretur: et esset dux et princeps gentis Judaeorum & sacerdotum et praesset omnibus. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis aereis, et ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in aerario, ut habeat Simon et filii ejus (Vide: 1. L. Machab. 14!).

Et misit rex Antiochus (Sidetes), filius regis Demetrii, epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, et principi gentis Judaeorum, & universae genti: .... Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quaecunque alia dona remiserunt tibi....

Anno centesimo septuagesimo quarto 139.
exiit Antiochus in terram patrum suorum et convenerunt ad eum omnes exercitus ita ut pauci relicti essent cum Tryphone. Et insecutus est eum Antiochus rex, & venit Doram, fugiens per maritimam .... Antiochus rex conclusit Tryphonem in Dora ... Antiochus ... rupit omnia quae pactus est cum Simone ... et misit Athenobium ... in Hierosolymam ....

Et respondit ei (Athenobio) Simon, & dixit ei: Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinemus: sed hereditatem patrum nostrorum, quae injuste ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est .... Tryphon fugit navi in Orthosiadem. Et constituit rex Cendebaeum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi. Et mandavit illi movere castra

anno ante n. Chr.

contra faciem Judaeae: & mandavit ei aedificare Cedronem & obstruere portas civitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem. Et pervenit Cendebaeus Jamniam, & coepit irritare plebem & conculcare Judaeam, & captivare populum, & interficere, & aedificare Cedronem. Et collocavit illic equites, & exercitum: ut egressi perambularent viam Judaeae, sicut constituit ei rex. (Vide: 1. L. Machab. 15!)

Et ascendit Johannes (Hyrcanus) de Gazara, & nuntiavit Simoni patri suo quae fecit Cendebaeus in populo ipsorum. Et vocavit Simon duos filios suos seniores, Judam & Johannem, & ait illis: Ego et fratres mei, & domus patris mei, expugnavimus hostes Israëlis ab adolescentia usque in hunc diem: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israël aliquoties. Nunc autem senui, sed estote loco meo & fratris mei, & egressi pugnate pro gente nostra: auxilium vero de coelo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites, & profecti sunt ad Cendebaeum: & dormiverunt in Modin. Et exclamaverunt sacris tubis: & in fugam conversus est Cendebaeus, & castra ejus: & ceciderunt ex eis multi vulnerati: residui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus est Judas frater Johannis: Johannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem quam aedificavit. Et fugerunt usque ad turres quae erant in agris Aschdodi, & succendit civitatem igni, & ceciderunt ex illis duo millia virorum, & rever-

anno ante n. Chr.

sus est in Judaeam in pace. Et Ptolemaeus, filius Abobi, constitutus erat dux in campo Jericho, & habebat argentum & aurum multum. Erat enim gener summi sacerdotis .... Simon autem perambulans civitates quae erant in regione Judaeae, & solicitudinem gerens earum, descendit in Jerichonem, ipse & Mathathias, & Judas filii ejus, anno centesimo septuagesimo septimo, mense undecimo, hic est mensis Sebat. ............................ Febr. 136.

Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam quae vocatur Doch, cum dolo, quam aedificavit & fecit eis convivium magnum & abscondit illic viros. Et cum enebriatus esset Simon & filii ejus, surrexit Ptolemaeus cum suis, & sumpserunt arma sua & intraverunt in convivium & occiderunt eum & duos filios ejus, & quosdam pueros ejus. Et fecit deceptionem magnam in Israël & reddidit mala pro bonis ... Et scripsit haec Ptolemaeus & misit regi, ut mitteret ei exercitum in auxilium & traderet ei regionem, & civitates eorum & tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Johannem ... Et alios misit occupare Hierosolymam & montem templi. Et praecurrens quidam, nuntiavit Johanni in Gazara quia periit pater ejus & fratres ejus, & quia misit te quoque interfici. Ut audivit autem, vehementer expavit & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos ... Cognovit enim quia quaerebant eum perdere ... Johannes factus est princeps sacer-

anno ante n. Chr.

dotum post patrem suum. (Vide: 1. L. Machab. 16!)

Dum Johannes (Hyrcanus) princeps sacerdotum est, populus Israëlis Idumaeam et Samariam occupavit. 136—106.
Post mortem Johannis filii duo ejus regnaverunt, Aristobulus 106—105.
et Alexander Jannaeus 105—79.
Salome Alexandra, vidua Alexandri, regnavit 79—70.
et post mortem ejus Hyrcanus II, filius ejus major natu, princeps sacerdotum declaratus est.

Filius Salomae Alexandrae minor natu Aristobulus (secundus) nominatus est.

Antipater, vir Idumaeus, duos fratres (Hyrcanus II et Aristobulus II) post mortem matris eorum, discordes fecit. Pompejus e Roma Marcum Aemilium Scaurum legatum in Syriam misit .................. 65.

Hierosolyma a Pompejo capta est, et Palaestina provincia tributaria Romana facta est ........................ 63.
Hyrcanus II princeps sacerdotum et gubernator Palaestinae sine nomine regio a Pompejo nominatus est ..................... 63.
Antipater (Vide: supra!) a Romanis procurator Judaeae nominatus est, ............ 47.
sed Hyrcanus II princeps sacerdotum manuit. Phasaël & Herodes, filii Antipatris, gubernatores, unus Hierosolymae et alter Galilaeae, nominati sunt 47. 47.
Post sex annos fratres Idumaei tetrarches Judaeae nominati sunt 41. 41.
Herodes Marcum Antonium Antigonum, filium Aristobuli, ultimum residuum gentis Machabaeorum interficere fecit & ipse a Romanis rex Judaeorum, no-

anno ante n. Chr

minatus est 39. Post duos annos Hierosolyma capta est a Herode. . . . . . . . . . . . . 39.
37.

Herodes templum hujus urbis destruxit et cum magnificentia magna reaedificavit.

Dum Herodes regnat, Jesus Christus, Salvator Mundi, natus est in Bethlechem 24. December 6. Herodes Jesum Christum 6.
interficere tentavit, sed sine successu, et circiter duobus annis postea mortuus est. Hoc factum est Romae post defectionem lunae (4.4 digiti) 13. m. Martii (ab 12 h. 41 m. ad 2 h. 55 m.) (tempus civile Romanum) et ante 11. m. Aprilis, diem festi Paschatis Judaicae (14. Nisan, 3757.) (secundum chronologiam Judaicam). 4.

Computationes supra delatae factae sunt a Fischer-Petersen, mag. scient., adjutore professoris Elis Stroemgren, observatorium Hafniae. (Vide etiam: auct. 25, pag. 343!) (Compara auct. 35, pag. 68 et 167!)

Secundum computationes ab astrologo Felix von Oefele factos (Vide: auct. 24!). Jesus Christus vicesimo septimo die mensis Decembris (secundum chronologiam praesentem vicesimo quarto die mensis Decembris) natus est . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 6.

Astrologus supra nominatus vicesimum septimum diem mensis Decembris (tertium diem mensis Tybi Aegyptiorum) statuit, quia Calendarium Caesaris secutus est, qui cum primo die mensis Januarii anno 45 ante nativitatem Christi incipit.

Initium veris diem vicesimum quartum (pro die vicesimo primo) mensis Martii Caesar judicavit, sed hoc erratum a conci-

anno ante n. Chr.

lio ecclesiastico in Nicaea anno 325 post nativitatem Christi (secundum chronologiam praesentem) correctum est.

Infra nomina numeralia cardinalia pro nominibus numeraliis ordinaliis causa brevitatis ab auctore hujus operis adhibita sunt.

Sapientes in terra orientali viderunt secundum Matth. 2:2 (ejus) stellam in Oriente.

Hic eventus 15 (s. chr. pr. 12) die mensis Aprilis anno 6 ante n. Christi accidit. 6.

28 (s. chr. pr. 25) die mensis Martii (die praedictionis Mariae) eodem anno stella errans, Saturnus nominata, orta est (hic ortus fuit cosmicus, non aspectabilis) et 3 die mensis Aprilis (s. chr. pr. 31 die mensis Martii) stella errans, Jupiter nominata, similiter orta est.

Ortus aspectabilis (qui ortus heliacus nominatur) harum duarum stellarum errantium, quae eo tempore in conjunctione cum sole fuerunt, accidit, unus 13 (s. chr. pr. 10) die et alter 15 (s. chr. pr. 12) die mensis Aprilis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . in anno 6.

15 die mensis Aprilis (22 die mensis Pharmuthi Aegyptiorum) (postridie Paschatis populi Israëlis) ambae stellae errantes fulserunt cum magno splendore quasi una stella, quae in die aspectabilis fuit.

Narratur, Zarathustram (Zoroastrem), legislatorem Persarum, qui circiter anno circiter 600
600 ante n. Christi vixisse sentitur, annuntiavisse, spiritum magnum die, quo mortui

revicturi essent, gentem humanam redempturum esse, et stellam, quae in die aspectabilis futura esset, hoc facto quasi signum antecessuram esse. (Vide: auct. 5 et auct. 15!)

# Corollarium.

| Die Juliana | Eventus | die hebdomadis | die | mensis | anno ante n. Chr. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Initium chronologiae Julianae. | d. Martis | 1 | Januarii | 4713. |
| 1035589 | Abram venit in Aegyptum. | d. Mercurii | 16 | Aprilis | 1878. |
| 1192647 | Exitus ex Aegypto. | d. Martis | 16 | Aprilis | 1448. |
| 1192696 | Jehovah in monte Sinai Decalogum locutus est. | d. Martis | 4 | Junii | 1448. |
| 1719589 | Jesus Christus natus est. | d. Veneris | 24 | Decembris | 6. |
| | | | | | anno post n. Chr. |
| 1732112 | Jesus Christus mortuus est. | d. Veneris | 7 | Aprilis | 30. |
| 1732114 | Resurrectio Jesu Christi. | d. solis | 9 | Aprilis | 30. |
| 1732153 | Jesus Christus in coelum ascendit. | d. Jovis | 18 | Maji | 30. |
| 1732163 | Jesus Christus Spiritum Sanctum in apostolos effudit. | d. solis | 28 | Maji | 30. |
| 2367709 | Vide: infra! | d. Martis | 19 | Junii | 1770. |

Jesus Christus post adventum secundum suum (anno 1757) duodecim apostolos suos in Universum Mundum Spiritualem emisit ad praedicandum Evangelium, quod Dominus Deus Jesus Christus regnet, cujus Regnum erit in Saecula Saeculorum. Hoc factum est Mense Junio, Die 19. Anno 1770. (Vide: auct. 37. »Vera Christiana Religio« 791!).

A. Hellemann,
antea ingenior, cand. polyt.
Prinsessegade 47 A, Hafniae.

# Index nominum propriorum.

p. est abbreviatio pro »pagina«.
m. » » » »mense«.

## A.

## B.

## C.

## D.



## E.

## F.



## G.

## H.

## I.



## J.

## K.

## L.



## M.

## N.

## O.



## P.

## Q.



## R.

## S.

T.

## U.



## V.



## Z.

# Index auctorum,

ad lectionem quorum auctor hujus operis legentes delegat:


1) Africanus, scriptor historicus.
2) Airy, astrologus Lutetiae Parisiorum.
3) Biot, astrologus Lutetiae Parisiorum: Recherche sur plusieurs points de L'astronomie égyptienne.
4) Breasted, James Henry:
   a) A History of Egypt from the earliest Times to the Persian Conquest. New York, 1905, 1 Vol.
   b) Ancient Records of Egypt. Vol. 1—5.
5) Caesar: Emendatio anni descriptionis, a Caesare facta. (Hipparchus et Sosigines commemorati sunt.)
6) Cantu, Cesare: Perpetua rerum, quae sunt in orbe terrarum gestae, historia, ab E. Holm, professore, et Ph. Weilbach, cand. phil., libere tractata.
7) Clodii Editio librorum sacrorum Hebraicorum, a van Hooght editorum, cum traductione Latina a Sebastian Schmidio (Schmidt) adscpripta.
8) Diodorus, scriptor historicus.
9) Encyclopaedia Brittannica, The Eleventh Edition.
10) Ginzel, F. K.: Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie. 2. Bd. (1906 u. 1911.)
11) Hennecke, E.: Neutestamentliche Apokryphen.
12) Herodotus: scriptor historicus.
13) Hieronymus: Translatio Latina Totius Sacrae Scripturae.
14) Howardy, G.: Effossiones in Assyria.
15) Jackson, A. V. Williams: The Prophet of Ancient Iran.
16) Josephus scriptor historicus.
17) Kittel, Rud.: Geschichte des Volkes Israël. 2 Bd. (1909—12.)

18) Koch, Jacob: Pharos, Kurze und sichere Anfangs-Gründe zu einer richtigen Chronologie. In Lemgo in Lippe Detmold anno 1742, liber typis exscriptus.
19) Lieblein: Aegyptische Chronologie. Christiania, 1863.
20) Mahler, E., Dr.: Handbuch der Jüdischen Chronologie.
21) Manetho, scriptor historicus.
22) Meyer: Geschichte des Alterthums.
23) Neugebauer, Paul V., Dr.: Tabellae solis et lunae.
24) Oefele, Felix von: Die Angaben der Berliner Planetentafel P. 8279 vergl. mit der Geburtsgeschichte Christi im Berichte des Matthaeus. 1903.
25) Oppolzer, Th.: Canon der Finsternisse.
26) Perizonii, Jac.: Dissertatio de annis judicum Hebraeorum. 1736.
27) Plutarchus, scriptor historicus.
28) Poole, Reginald Stuart: Horae Aegyptiacae or The Chronology of ancient Egypt. London. 1851.
29) Riehm: Handwörterbuch des Biblischen Alterthums.
30) Salmonsenii lexicon encyclopedicum.
31) Schmidt, Aage: Effossiones in Assyria et significatio earum Israëli. Hafniae 1910.
32) Schmidt (Schmidius), Sebastian:
   a) Translatio Scripturae Sacrae in linguam Latinam.
   b) In librum Judicum Commentarius. Argent. (Strassburg) 1684.
33) Schmidt, Valdemar, prof.:
   a) Historia antiqua Assyriae et Aegypti. 2 Vol. (1872 et 1877.)
   b) Compendium historiae antiquae terrarum vicinarum Israëlis, 1 Vol. (1914.)
34) Schuckford, Samuel: Harmonie der Heiligen und Profan-Scribenten in den Geschichten der Welt. Berlin u. Potsdam, 1731 u. 1738.
35) Seidel, Martin, Dr.: Tempus Jesu, Translatio in linguam Danicam a Marstrander, Joh., cand. theol. facta,

36) Sharpe, Samuel:
a) The history of Egypt from the earliest time till the conquest by the Arabs. Vol. 1—2 London. 1870.
b) Egyptian Antiquities in the British Museum London, 1862.

37) Swedenborg, Emanuel:
a) Apocalypsis Explicata.
b) Arcana Coelestia.
c) Vera Christiana Religio.

38) Weil, R.: Les origines de l'Egypte. Partie 1. Paris 1908.

39) Wislicenus, Walter F.: Astronomische Chronologie.



Jus traductionis hujus operis in linguas alias venditu ab auctore hujus operis et post mortem hujus a heredibu ejus.


A. Hellemann,
cand. polyt., antea ingenior,
Prinsessegade 47 A, Hafniae.



# Errata et Emendanda.

---

Pag. 12. l. 3 infr. pro adducerunt lege adduxerunt.
— 14. l. 16 post apparuit pone punctum.
— 21. l. 11 infr. pro acquiseverant lege acquisiverant.
— 24. l. 8 infr. pro filia lege filiae.
— 26. l. 23 pro 33a lege 33b.
— 26. l. 29 pro Aegyptus lege Aegyptius.
— 36. l. 3 pro trepitabat lege trepidabat.
— 49. l. 6 post 3 fige circiter 1028.
— 57. l. 10 post duorum fige annorum.
— 60. l. 13 pro Regem lege Regum.
— 76. l. 13 pro Jehorae lege Jehovae.
— 78. l. 4 pro Contradixt lege Contradixit.
— 79. l. 19 pro agressus lege aggressus.
— 83. l. 13 infr. pro Menachenum lege Menachemum.
— 88. l. 9 infr. pro gaudum lege gaudium.
— 97. l. 8 post: pone 1.
— 98. l. 19 post 165 fige punctum.
— 118. l. 9 pro antjqua lege antiqua.
— 126. l. 17 pro 10, pone 10.
— 126. l. 18 pro 66. pone 66,




BS
637
.H47

739043

SWIFT HALL LIBRARY